ac barnabe aplis. Sup hoc dici pōt q iohannes in pma cōmemoratione disponit ⁊ cū ceteris numerat ppter dignitatē apostolatus. in hac aūt cōmēoratione repetit ⁊ cū stephano sociat ppter puilegiū celibatus. Virgines eī sunt ⁊ sequūtur agnū quocūqz erit. Preterea ceteris pmittitur virginitas. Naqz iohānes inde maxime cōmendat. qz christus in cruce matrē vginē discipulo virgini cōmendauit ⁊ ex illa hora accepit eaz discipulus in suā. Stephani vo vginitas ex eo maxīe ꝯprobat. qz ipse deputatus ē ab apostolis ad misteriū viduaꝝ. ⁊ in eo q femis ē ppositus testimoniū meruit sincerissime castitatis. Posset aūt nō euāgelista sed baptista iohes intelligi nisi pmitteret. Cū tuis sāctis aplis ac martiribus. Vñ conijcit q aplī tantū ac martires subnotant. qzuis ⁊ iohes baptista merito posset int martires nūerari. Enumerat ergo sacerdos sctōs. qꝝ societatē petit. qz ⁊ sacerdos legal noīa filioꝝ isrl habebat scripta. vt supra dictū est. Et aduerte q hic octo viri. ⁊ septē mulieres ꝯputāt. qz p hoc sacrificiū septē carismata grāꝝ. ⁊ octo btitudines iūgunt i nob. Sequit Nō estimator meriti qa nō sm exigentiā meritoꝝ retribuis. sed minus puniēdo vel magis remunerādo qz qsqz meruit. Vñ Nō sm pctā nrā fecit nobis. neqz sm iniqtates nrās retribuit nobis. Et alibi Mēsurā bonā ⁊ ꝯfertā ⁊ coagitatā ⁊ supeffluētē reddent i sinū vestrū. Per xpm dñm nostrū. Hic nō rndet amē. Tū qz angeli q semp assistūt rndent. prout i fine tertie pticule dictū ē. Tū qz hec tacite dicūtur. nec rndentes audire pnt. Tū quia vba sequētia. p quē oīa ꝛc. istis ꝯiungunt et ab eis depēdēt. ita q nihil interponi potest. Hoc aūt loco bñdicunt vue. put dicet in sexta pte sub qnta feria cene dñi. vbi agit de diurno officio. In canone aplōꝝ i burcardo li. v. c. offerri. ita legit. Offerri nō liceat ad altare scz ad bñdicendū pter nouas spicas et vuas et oleū ⁊ lūinaria ⁊ fabas ⁊ thimiama ad incensū tpe q sctā oblatio celebrat. Seqt Per quē hec oīa ꝛc. Ideo dicit oīa. qz p filium oīa creata sūt. Vnde Joh. j. Oīa p ipsū facta sūt. et sine ipso factū est nihil. Et vidit deus cūcta q fecerat ⁊ erāt valde bona. Creas igit condendo naturā. Sanctificas ꝯsecrādo materiā. Viuificas trāssubstātiādo creaturā. Benedicis accumulando grāz. Qd āt dr hec oīa. est simplex pnois demōstratō sicut tps vbi ꝯfusū. Nā pñs ꝯfusū pñtis nō tenet vsū. Et est sensus Hec oīa scz panē vinū et aquā semp bona creas sm causas canonicas pmordiales. ⁊ sanctificas sm causas sacramētales. viuificas vt transeāt i carnē ⁊ sanguinē. ⁊ benedicis ut ꝯseruēt vnitatē ⁊ charitatē. Rursus in eo q dicit sanctificas. notat q qdcūqz sāctificat p grāz christi sctificat. de plenitudine eni eius omēs accepimus. Vñ Joh. xvij. Pater sanctifica eos in veritate. i. in filio. In eo q dicit viuifica notat q qcqd viuificat p filiū viuificat. Joh. xiiij. Ego sū via vitas ⁊ vita. In eo q dicit. benedicis. insinuat q benedictio celestis datur nobis p fructū vginis benedictuz. Vel creas vt sint. sanctificas tibi deputādo. viuificas animādo. bñdicis vt vtilia sint. pstas vt prosint. Fiunt aūt tres cruces sup dictis vbis. sanctificas. viuificas. benedicis. in qbus eccla pmitiua repñtat. q fidē trinitatis suscepit De hoc tñ aliter iā dicet. Siquidē sacerdos dicturus. ⁊ pstas nob. vl dyaconus remouet corpale desup calice. ad notandū q qñ xps emisit spūm. velū templi scissū est a sūmo vsqz deorsū. ⁊ apta sunt nobis q pius in lege obscura erant ⁊ clausa. sicut dr in euangelio de qbusdā. Et erat abscōditū vbū istd ab eis ꝛc. Vbi eni sūpto aceto. ꝯsūmatū est ⁊ reuelatū est. Et calice discoopto accipiens hostiā dicit. ⁊ prestas nobis. Dubitari aūt vidimus. qre calix ⁊ nō hostia coopit. Ad qd qdruplex pōt ratō assignari. Primo ppter piculū. qz sanguis facilius posset recipe imūdiciā qz hostia. Secundo qz in calice et sanguine magis sigficat passio xpi qz in hostia Vñ illud Pater si fieri pōt trāseat a me calix iste. Et i canone in forma sanguinis ponit actus effusionis ibi. Qui p vobis effundetur ꝛc. Quia ergo in calice et in sanguine magis significatur christus mortuus qz in corpe. ideo sicut et mortuus pannis ⁊ lapidibus opitur. ita et calix panno. ⁊ sanguis

calice et pāno corpalis coopitur. Tertio sā
guis in calice coopto representat corp⁹ xp̄i
in sepulcro clauso et signato. Hostia vero
corpus xp̄i extra sepulcrū. Quarto sāguis
in calice coopto rep̄sentat xp̄i corp⁹ ī sindo
ne inuolutū. hostia v̄o corp⁹ nō īuolutum
Sequit̄. Per ipsū ꝛc. Si absq; alicui⁹ v̄bi
vel tp̄is interpositiōe ꝯiungas p̄missa v̄ba
Per xp̄m dn̄m nostrū. p quem hec oīa ꝛc. et
facis punctū ibi. et prestas nobis. plana est
lrā Dic ergo Per ipsū tanq̄z p mediatorez
cum ipso tanq̄z cū coequali. quia ipse est co
equalis patri. in ipso tanq̄z in cōsubstātiali
vel in ipso id est mēbris eius In patre q̄ ipe
notat̄ autoritas ꝓpter p̄ncipium ī filio eq̄li
tas ꝓpter mediū. in spūsancto cōmunitas
ꝓpter ꝯsortium Sane sexta feria crucifix⁹
est xp̄us hora tertia linguis iudeorum. qd̄
narrat marcus. hora sexta manib⁹ gētiliuz
quod narrat iohānes. circa horā autez no
nam inclinato capite tradidit spirituz Ad
recolēdam igitur crucifixionem hora tertia
factā linguis iudeoꝝ clamantiū ter crucifi
ge crucifige eum et rursus. tolle tolle crucifi
ge eū. sacerdos facit tres cruces sup oblataz
et calicem. dū dicit sanctificas. viuificas. be
nedicis Ad recolendā v̄o crucifixionē q̄ p⁹
interuallū trium horaꝝ facta est manib⁹ gē
tiliū cum milites crucifixerunt iesum. sacer
dos iteꝝ facit tres cruces cū hostia sup cali
cem sup p̄missis tribus v̄bis scz per ipsuz: et
cum ipso. et in ipso Postmodū aūt ad desi
gnādaz diuisionē carnis et anime dn̄i mo
rientis. facit duas cruces cū ipsa oblata in
ora calicis dum dicit Est tibi deo patri om
nipotenti in vnitate spiritussancti. Cū eniz
in xp̄o tres sint vnite sub̄e. vicz dīnitas cor
p⁹ ꝛ aīa due tātū. s. corp⁹ ꝛ aīa fuerūt in mor
te diuise. Nā diuinitas a neutra est diuisa
ꝛ sep̄ata. Et ꝓpterea nō trib⁹ crucib⁹ sz dua
bus mors dn̄i designat̄ Ceteꝝ sacerdos fa
ciēdo cruces man⁹ sup mensā altaris extē
dit. qꝛ ꝛ xp̄s sup arā crucis man⁹ expandit.
iuxta illud ꝓpheticū. Expandi man⁹ meas
ad ip̄lm nō credentē mihi. Secūdo etiaz p̄
misse tres cruces cū corpe sup nudū calicez
facte. significant tres cruciat⁹ q̄s xp̄s in nu

da cruce sustinuit. videlicet passionē. ꝓpas
sionē ꝛ ꝯpassiouē. Passionē in corpe. ꝓpas
sionē in mēte. ꝯpassionē in corde. De passio
ne corpis ait dn̄s p ꝓphetā O vos omnes
q̄ transitis p viā. attendite ꝛ videte si ē dolor
sicut dolor me⁹. Foderūt enī man⁹ meas ꝛ
p. m. d. o. o. m. De ꝓpassione mētis dn̄s in
q̄t aplis Tristis est aīa mea vsq; ad mortē
cepit enī iesus tedere ꝛ pauere. cepit ꝯtrista
ri ꝛ mest⁹ esse. Ex ꝯpassione v̄o cordis pro
crucifixorib⁹ orauit ad p̄rem dicēs. Pater
ignosce illis quia nesciūt q̄d faciūt. Si eniz
cognouissent nunq̄z dn̄m glorie crucifixis
sent. Et ideo sacerdos facit has cruces cum
hostia sup calicē. qꝛ xp̄s sustinuit hmōi cru
ciat⁹ in corpe sup patibulum. Per calicē
enī passio designatur. ut iam dictū est Tertio
mō tres cruces cū hostia sup calicē facte. si
gnificant fidem centurionis dicentis Ma
thei. xxvij. Vere filiꝰ dei erat iste. et ita cogno
uit eū vnū eē in trinitate scz xp̄m deū ꝛ ho
minē. Due v̄o q̄ fiūt in ora seu latere calicis
designāt duo sacramēta que de latere xp̄i ꝓ
fluxerūt. videlicet aq̄ regenerationis. ꝛ san
guis redemptionis. iuxta testimoniū iohā
nis dicentis. Vn⁹ militū lancea lat⁹ eius
aperuit. ꝛ ꝯtinuo exiuit sāguis [illegible] Et iō
īmediate p⁹ has duas cruces lat⁹ calicis ī
quibusdā ecclijs cū hostia tangit̄. p q̄d ꝑcus
sio lateris xp̄i cū lancea militis designatur.
Quarto tres p̄misse cruces in quibusdam
ecclijs ita fiūt ꝛ bn̄. Nā p̄ma q̄ fit sup. p ipsū
fit sup os calicis exti⁹. signās q̄ de⁹ ē extra
oīa nō exclusus Secunda que fit sup. cum
ipso. fit parū inferi⁹ sub p̄ma videlicet a la
bio calicis in labiū. sig̃ns q̄ de⁹ est sup oīa
nō eleuat⁹ Tertia que fit sup. in ipō. fit intra
os calicis. circa mediū ꝯcauitatis ei⁹. signi
ficās q̄ est intra oīa nō inclusus. Quarta
que fit super deo patri. fit a medio oris cali
cis recto dyametro ꝯtra faciē sacerdotis. si
gnificās q̄ omnia que in misterio misse oc
culte agūtur. in fine nobis ante aculos po
nentur. Quinta que fit sup. in vnitate spiri
tussancti. fit a latere calicis inter ipsū calicē
ꝛ sacerdotē. videlicet descendēdo a summi
tate calicis ꝯtra pedem significās q̄ de⁹ est

subter oīa nō compressus seu ꝓstratꝰ Qui
dam tñ de his duabus vltimis nō faciunt
nisi vnam. Quinto dicte tres cruces signifi
cant tres cruciatus q̄s xp̄us sustinuit tribꝰ
tp̄ibus. videlicz ante mortē. alapas. flagella
sputa ⁊ hmōi. in morte crucifixionē. et post
mortē lateris ꝑforationē Prima sig̃t p̄mū.
secūda secundū. tertia tertiū. quarta v̄o sig̃
ficat sep̄ationē aīe a corpore christi. quinto
descensū in lymbū. vel cruciatum in pedibꝰ
Sexto quinqz ordines signoꝝ q̄ fiunt ante
sextum scz ante tactū calicis cū hostia. quā
do videlicz de duabꝰ vltimis nō fit nisi vna
significant quinqz mundi etates q̄ fuerunt
ante xp̄i natiuitatē. sextū v̄o videlicet ipse ta
ctus sig̃t sextum tempꝰ scilz a xp̄i natiuitate
vsqz ad finē mundi. ipse enim vnicus tactꝰ
sig̃t dñm semel ascendisse crucē. vt finē hr̄et.
ipsa autē res est cruciatus q̄ per dictas q̄n
qz etates omnibꝰ fiebat hominibꝰ. Notan
dum igit̄ est ꝙ sacrificiū septē vicibꝰ signat̄
i canone Prima vice ter vbi d̄r. Hec dona
hec munera ꝛc. Secūda vice quīquies vbi
d̄r Quā oblationē tu deꝰ ꝛc. Tertia vice bis
semel vbi d̄r. Qui p̄die ꝛc. ibi. Tibi gratias
agēs bñdixit ꝛc. Et iterū vbi d̄r. Siliqz mō
ꝛc. ibi. Item grās agens. Quarta vice quī
quies vbi d̄r Hostiā purā ꝛc. Quinta vice
bis. vbi d̄r. Sacrosanctum filij tui corpꝰ ꝛc.
Sexta vice ter. vbi d̄r. Sāctificas. vivificas
ꝛc. Septima vice quinq̄es. vbi d̄r. Per ip̄m
ꝛc. ꝓut i ipsis locis dictū ē. Inter quas septē
vices sacrificiū signatur duabus vicibꝰ bis
et duabꝰ vicibus ter. et duabꝰ vicibꝰ quin
quies. septima v̄o vice bis et ter. Sig̃tur er
go simul omnibꝰ vicibꝰ iunctis quīquies
q̄nqz que sunt simul. xxv. q̄ numerꝰ ꝓductꝰ
semꝑ in seipsum reducit̄. si ducat̄ in infinitū
quātumlibet enī multiplicet̄ eucharistie sa
cramentū. semꝑ est idem sacrificiū Augu
stinꝰ tñ dicit ꝙ si tantū semel signū crucis fi
eret super panē ⁊ vinū sufficere posset. quia
semel dñs crucifixus est. In hoc etiā sacra
mento quinqz sensus corpis scz visus. audi
tus. gustus. odoratus. ⁊ tactus. exercentur
scz circa colorē. saporē. odorem. fractionem
⁊ sumptionē. vt quinqz sensus aīe sp̄ūales

exuberent. scz visus intelligentie. auditꝰ obe
dientie. odoratus discretionis. gustꝰ dilecti
onis. et tactus opis. De quibꝰ repit̄ in euā
gelio Dñe quinqz talenta tradidisti mihi.
ecce alia quinqz suplucratus sum. Sz et bi
narius ⁊ ternarius bene ꝯgruit sacramento.
Binarius ꝓpter carnem et sanguinē. terna
rius ꝓpter panē vinū et aquam. Itez bina
rius ꝓpter duplicem modū edendi. s. sacra
mentalē sub specie panis ⁊ vini. ⁊ sp̄ūalē in
fide cordis. Et ternarius ꝓpter tria q̄ sunt in
hoc sacramento discreta. videlicet forma vi
sibilis panis ⁊ vini. v̄itas corpis ⁊ sang̃nis.
⁊ v̄tus sp̄ūalis vnitatis et charitatis. De q̄
bus dictū est in septima ꝑticula sup verbo.
Mysteriū fidei. vt ita ternarius binariū. i. fi
des trinitatis ꝑ dilectionē dei ⁊ ꝓximi opet̄
Fiunt igit̄ cruces q̄ quattuor hñt angulos
sup sacrificiū quia christꝰ dum in cruce pe
pendit quattuor climata mūdi redemit. ⁊ se
ptē ordinibꝰ ordinant̄ ad notandū septifor
mē sp̄ūssancti gratiā q̄ in hoc mysterio ne
cessaria est. Et fere in quolibz ordine per nu
merū īparem signacl̄a disponunt̄. qꝛ corpꝰ
xp̄i vnū manēs nō scindit̄. Oīs honor tan
q̄z dño. et gl̄ia tanq̄z deo Sequit̄. Per oīa
secula seclorꝝ. nō solū crucis īpressio. verꝛetiā
vocis exp̄ssio et pectoris ꝑcussio. que gesta
sunt iuxta crucem insinuant. ꝓut dictum ē
sup v̄bo. Nob̄ q̄z. Quia ergo iesus clamās
voce magna tradidit sp̄ūm. ideo sacerdos
dicendo Per oīa secula seculoꝝ. exaltat vo
cem et etiam aliquātulū calicē eleuat Vel
d̄r alte ad incitationē ꝓpl̄i vt sciens finez ca
nonis rñdeat amen. Vel ideo qꝛ centurio
clamauit. Vere filiꝰ dei erat iste. Quia v̄o
mulieres lamētabant̄ flentes dñm. iō cho
rus q̄i lamentando. respondet amē. rep̄sen
tās fideles q̄ dñm ꝯtrito corde lugebant̄. ve
lut quondā abel inuidi fr̄is furore occisum
pentes eiꝰ lamentabant̄ Consequent̄ dya
conꝰ accedit et exaltatū parū per sacrificiuz
seu calicem cū corpe de altari tam ipse q̄z sa
cerdos deponit. qꝛ vt legit̄ Joh̄is. xix. Ve
nerunt iosephab arimathia ⁊ nicodemus
et imperatū corpus iesu a pilato deponen
tes sepelierunt. Sacerdos ergo eleuans ni

codemũ repñtat. ipsa vo eleuatio xpi depo/
sitionẽ de cruce. depositõ collationẽ i sepul/
cro demonstrat. Et aduerte q̃ sacerdos di
cens. Ps̃ preceptis salutaribꝰ monuit. calicem
simul et hostiã deponit. Ad cuiꝰ rei euidẽ/
tiam notandũ est q̃ xpi corpus ⁊ sanḡs bis
i serta feria eleuata ⁊ depositа fuerũt. semel i
cruce eleuata. ⁊ de cruce ad terrã depositа. ⁊
semel de terra eleuata ⁊ in sepulcro colloca/
ta. Ps̃ primũ repñtat in ꝓma eleuatione ⁊ de/
positione corpis ⁊ sanguinis xpi q̃ fit statiz
post eoz ꝓsecrationẽ Aliud repñtat in ele/
uatione ⁊ depositione que fit in ℔ loco. Cõ/
grue igit̃ dũ hec ẏba ꝓferunt fit corpis ⁊ san
guinis eleuatio ⁊ depositõ designantes ele
uationẽ corpis xpi de terra. et locationẽ eiꝰ
in sepulcro. q̃ ioseph q̃ illõ de cruce ⁊ de tra
leuauit ⁊ in sepulcro locauit. monitꝰ ⁊ istru
ctus erat ꝑceptis salutaribꝰ xpi. sicut fidelis
discipulꝰ eius Ẽ de eo legit̃ in marco Et
ipse erat expectans regnũ dei. Simul autẽ
eleuanteꝰ corpꝰ ⁊ sanguis iã ꝓsecrata. q̃ ipse
ioseph. ut aũt quidã lit' corpꝰ cũ sanguine
in sepulcro locauit. Adhuc in ipsa eleuatõ
ne tenetur hostia cũ q̃ttuor digitis. Cũ enim
expectemꝰ ⁊ necesse habeamꝰ ipetrare q̃ttu
or p̃ncipaliꝑ mẽrita passionis xpi. s. ptãtez
ꝓtra dyabolũ. humilitatẽ ꝓtra mundũ. ca/
stitatẽ ꝓtra corpꝰ ꝑprũ. ⁊ subiectionẽ q̃ ad
deũ ⁊ primũ ideo ad ℔ repñtandũ merito
cũ q̃ttuor p̃ncipalibꝰ digitis hostia tenetur
Quedã tñ eccl̃ie in tribꝰ p̃mis petitionibꝰ
dñice or̃ois tenent calicẽ eleuatũ. ⁊ tunc cali
cis eleuatio aliud sigt, ꝓ ut ibi dicet. In qui
busdã etiã eccl̃ijs dũ calix parumꝑ altari
eleuat. quidã puer stat vltimꝰ post subdya
conũ hñs capã extransuersa. ad designãdũ
q̃ caput. i. iudei expectantes messiã. i. xpm
q̃m venerit transuersus est in caudã Qe
vo nicodemꝰ sepulto dño aduoluit saxum
magnũ ad hostiũ monumẽti. iõ dyaconus
sup os deposit calicis corpale depõit Dya
conꝰ q̃z calicẽ cũ corpali inuoluens repreſe
tat ioseph q̃ corpus dñi sindone munda in
uoluit. Rursus q̃ in pace factus est locus
eius. dyaconꝰ sm morẽ quorundã ecclesiaz
mensam osculatur altaris. Et quia facꝰ est
principatus sup humeꝛ eiꝰ. osculat̃ dextrũ
armũ pontificis. vt in vtrogz significet xpz
⁊ quieuisse post mortem ⁊ vicisse post mor/
tem. Juxta qõ ipse ꝓdixit in psalmo. In pa
ce in idipsũ dormiã ⁊ requiescã Et alibi O
mors ero mors tua morsus tuꝰ ero inferne
Christus enim ꝑ mortem triumphauit de
morte. Ps̃ Nam quia factus est obediens pz
ad mortem. mortem aũt crucis. idcirco deꝰ
exaltauit illum. ⁊c Ps̃ Accipiũ etiaz sigt q̃ xps
sibi crucẽ sup humerũ baiulauit. Secũdo
dyaconꝰ osculando dextram sacerdotis si/
gnificat q̃ vult esse ꝑticeps laboris vt sit so/
cius eterne retributionis Tertio ꝑ ℔ innui/
ut q̃ ioseph deponens corpus illõ fuit oscu/
latus. In quibusdã etiaz eccl̃ijs sacerdos ℔
hostiã osculatur inuenꝛ. q̃ et nicodemus
idẽ fecerit. quod ioseph Vel potiꝰ ꝓomit/
ni passionem factã eẽ nostrã reconciliationẽ
Ps̃ Post osculum hmõi dyaconꝰ retrocedit a
facie sacerdotis. repñtans mulieres sepulto
dño a monumẽto recedentes.

De pater noster

Secundum eos
qui dicunt q̃ tertiã ps̃ misse q̃
dr̃ postulationes nõ ꝓpe hic.
Oremus preceptis salutaribꝰ ⁊c. et q̃ durat
vsq̃z ad collectas. hec ps̃ ꝓtinet quiq̃z clau
sulas. Ps̃ Prima est ipsa p̃fatio. scilz oremꝰ ꝑ/
ceptis ⁊c. qõ ꝓdidit beatus gregoriꝰ Secũ
da est pater noster. Tertia Libera nos q̃/
sumꝰ dñe. Quarta Ps̃ Dax dñe Quinta Fiat
hec ꝓmixtõ. Ergo iesus voce magna cla
mabat. Ps̃ Pater in manus tuas commẽdo
spiritũ meũ. ideo sacerdos et nõ totꝰ ꝑplus
put greci faciũt. eleuata voce pnũciat Oze/
mus preceptis ⁊c. Ps̃ Nõ enim dr̃ sub silentio. sz
palã. q̃ est de euangelio ad notãdũ q̃ rex ce
loz in noua lege palã loquebat. ⁊ sine vela/
mine ꝑdicauit Ad hoc ideo hec dñica o. õ ⁊
etiã. Credo in vnũ deum alta voce dicunt.
vt oẽs illa dicant ⁊ addiscant. Alia etiaz rõ
posita est subti. de predicatione. Sed tertia
clausula sc̃z libera nos ⁊c. sub silentio dr̃.
signũ ẽ q̃ christus interpũ a ꝓcatione silet
in Aliter tñ ibi dicetur. Sed ⁊ ꝑferens pater

noſter tūc iterū ſic p̄r⁹ extēdit ac ſurſum ele
uat man⁹ ⁊ſdr̄mo enī dicēs p̄ceptis ſaluta
rib⁹. act⁹ ioſeph. de quib⁹ in p̄cedēti colūna
dictū eſt. q̄s p̄ceptis ſalutarib⁹ monit⁹ ⁊ di
uina inſtitutione informatus geſſit repñta
uit. Q̄ igit̄ doctrina audiendo. medit̄ando.
⁊in q̄ete diſcēda eſt. ō vba iſta depoſitiſ ſu⁹
altare manib⁹ ptulit Dicēs autē ⁊ſdr̄ noſter
ꝛc. xp̄m ꝓlīm orare docētem repñtat.
Ideoq; moyſi orantis exēplo man⁹ exten⁹
dit. et ſurſū eleuat. vt feruorē cordis ⁊ rectaz
ad deū intētionē oñdat. Rurſus dicēdo. p̄
ceptis ſalutarib⁹ ꝛc. calicē ſimul ⁊ hoſtiam
deponit. vt p̄miſſū eſt. Sane legalis ponti
fex regreſſus ad ꝓlīm lauabat veſtes īmū⁹
tīnerat vſq; ad veſpam ſicut in p̄hemio hu⁹
ius p̄tis dictū eſt Sic et xp̄ūs qui intrauit
ad ſancta ſanctoꝝ redit in eccl̄iam ꝓpatien
do et auxiliando. ⁊ lauat veſtes ſuas. i. ſcōs
mundificat. ⁊ tñ vſq; ad finē mundi mēb⁹is
ei⁹ aliq̄ macule adherent. Sacerdos etiam
redit ad ꝓlīm. q⁹ dū rurſus alta voce multi
plicat p̄eces foras exire videt. ⁊ p̄cib⁹ velut
aquis. veſtimēta ſua. i. ꝓlīm lauat ⁊ mūdat.
⁊ tñ īmundus iudicat. q⁹ vſq; ad mortē erit
in q̄ homīe q̄d lauet. Oraturus ergo ⁊ oſtē
ſurſus fe cay ſā ſuā agere coꝝ deo. ⁊ q̄ q̄tidie
petere debeam⁹. monet ꝓlīm orare dicens
⁊ſdr̄ noſter ꝛc. Que oō habet. Q̄ dat hei.
vj. ca. Fiducialiꝝ enīz orare poſſum⁹. vt filii
patrē q̄s ipſe dñs ad ſic orandū informauit
⁊ ipſe vice ꝑ̄ uer ſal' eccl̄e quā repñtat orat
Ille tñ ſua autoritate ⁊ q̄ ꝓlumptiue petere
videat. p̄mittit q̄ loco p̄fationis p̄ceptis ſa
lutarib⁹ ꝛc. Dicit aūt p̄ceptis ⁊ diuina īſti
tutione. q⁹ dñs ⁊ hāc oōnem inſtituit. ⁊ a⁹
poſtol' ſic orare p̄cepit. Et extūc maxīe pro⁹
ſtrati orare debem⁹ vſq; in finē dñice oōis
ſaltē in pſeſtis dieb⁹ Jn feſtiuis vō ſtantes
Tres aūt articuli ſequentes ſcz p̄ceptis ſa⁹
lutarib⁹. pater noſter. ⁊ libera nos. ſigificant
tres dies dñice ſepulture. ideoq; ⁊ his dūta
xat vtit̄ur in paraſceue. Jn q̄busdā eccl̄iis
dū ſacerdos dic̄. ⁊ſdr̄ noſter. et dū ꝓlat⁹
dat bñdictionē ſolēnez p⁹ pater nr̄ſter ma⁹
n⁹ ei⁹ a dyacono ⁊ ſacerdote ſuſtentāt. un⁹
repſentatur q⁹ hur et aaron ſuſtentabāt ma⁹
nus moyſi orantis. Be q̄ ſub titulo de oō̄e
dictū eſt. Beat⁹ gregor⁹ dñicam oō̄nem
poſt canonē ſup hoſtiā cenſuit recitari. aſſe
rens in regiſtro incōgruū eſſe vt ſup eucha
riſtiam diceret oratio quā ſcolaſtic⁹ ꝓpoſu
erat. ⁊ illa omitteret quā dñs ipe dictauerat
et apli dicere ꝓſueuerāt Et cantat apō gre⁹
cos a toto ꝓlō. ſed apud noſ a ſolo ſacerdo
te. Illud aūt notandū eſt q⁹ hec oō̄ ceteras
oōes ꝓpter q̄tuoꝝ añcellit. ſ. autoritate do⁹
ctoris. breuitate ꝓmonis. ſufficientia petitio
nū. ⁊ fecunditate miſterioꝝ. Autoritate do⁹
ctoris. q⁹ fuit ipſius ſaluatoris. ap̄los orare
docentis oō̄e plata. ⁊ iñ dē oō̄ dñica Breui⁹
tate ꝓmonis. q⁹ facile diſcit̄ et ꝓferet. unde alib̄
Tu oratis nolite multū loq̄ ꝛc. Sufficiētia
petitionū. q̄nia vtriuſq; vite neceſſaria ꝓti⁹
net Fecū dōate miſterioꝝ. q̄niam immenſa
ꝓtinet ſacramenta. Verū licz ſciat dom⁹
q̄d velim⁹. vult tñ nos orare vocaliter ꝓpt̄
multa. ⁊ſdr̄io ꝓ excitanda deuotione. q⁹ q̄d
facit flatus carboni. ß facit pnūciatō deuo
tionem. Añ Eldo ipſū oō̄e meo clamaui et exul
taui ſub lingua mea. Secundo ꝓ alioꝝ in⁹
ſtructione vt cortina cortinā trahat et q⁹ au
dit dicat veni. Añ lucea lux vr̄a coram ho
minib⁹. Tertio ꝓ lingue obſequio. vt q̄d li⁹
gua peccam⁹ lingua ſatiſfaciam⁹. Añ ſic
exhibuiſtis mēb⁹a vr̄a ſeruire iniq̄tati ad ini
quitatem. ita exhibete ea ſeruire iuſtic̄e in ſa⁹
ctificationē Quarto ꝓ rei petende ꝓmemo
ratōe. q⁹ facil⁹ obtinet q̄d inſtanti⁹ poſtulat̄
Añ ⁊ſdr̄ite et accipietis. pulſate et aperiet̄
vobis. Quinto ꝓ impetrate rei cuſtodia.
q⁹ q̄d ſepius requirit diligenti⁹ cuſtoditur
Añ Tene q̄d habes ne ali⁹ accipiat coro⁹
nam tuam. ¶ Sane in hac oratione orat⁹
p̄bonis adipiſcendis. et ꝓ malis vitandis.
⁊ſdr̄o bonis tpalibus ſpūalibus et eternis.
⁊ſdr̄o malis ꝑteritis p̄ntibus et futuris Be
bonis eternis dr̄. Aduenjat regnū tuū. Be
bonis ſpūalibus. Fiat voluntas tua ſicut̄
celo et in terra. Be tpalibus. ⁊ſdanē noſtrū
q̄tidianū da nobis hodie. Eterna petunt⁹
p̄miū. ſpūalia in meritū. tpalia in ſuſtēta⁹
cionē. Be malis ꝑteritis. Dimitte nobis de⁹
bita noſtra ꝛc. Be p̄ntib⁹. Sed libera nos a

malo. Befuſtis. Et ne nos inducas ꝛc. Ipſa re
terita ſunt dolenda. ꝓſentia ſunt ꝙncenda.
futura ſũt ꝓcauẽda. Septẽ ſunt oratõnis
dñice petitiones ꝓter captationẽ benuolẽ/
tie. que ſignificant ſeptem ẏba xꝓi in cruce.
Ipſi mũ fuit. Ipſa ter ignoſce illis. Secũ dũ
Mulier ecce filꝰ tuus. Tertiũ. Ecce mat
tua. Quartũ Hodie mecũ eris in paradi/
ſo. Quintum Heloy heloy. Sextũ. Ipſa ter i
manꝰ tuas. Septimũ Conſũmatũ ẽ. Vel
ſigficant ſeptẽ ẏba. que tantũ btã ẏgo legit
de xꝓõ dixiſſe. Ipſa mũ fuit diſcretõis Quõ
fiet iſtud. Secundũ humilitatis Ecce ancil
la domini. Tertiũ ſalutationis. Ecce vt fa/
cta eſt vox ſalutationis tue in auribꝰ meis
Quartũ grãꝝ actionis. Mꝫagnificat aniã
mea dñm. Quintũ ꝓpaſſionis. Fili vinuz
nõ habent. Sextum inſtructionis. Quod
cũ qꝫ dixerit vobis facite. Septimũ amoris
Fili quid feciſti nobis ſic. Ipſa ma aũt peti/
tio eſt. Sanctificẽt nomẽ tuũ. Secũ da. ad/
ueniat regnũ tuũ. Tertia. fiat volũtas tua.
Quarta. Ipſa panem noſtrũ ꝙtidianũ. Quin
ta. Et dimitte nobis debita noſtra. Sexta.
Et ne nos inducas in temptationẽ. Septi
ma. Libera nos a malo. Et he septẽ petitio/
nes ſm aplm ſeptẽ poſtulationes dicuntur
Quarũ prime tres ſpectant ad vitã eternã
ſiue ad patriã Et ideo ſacerdos in ꝙbuſdã
locis eleuato calice dic eas ꝛ ꝓfationẽ. Ipſa re
ceptis ſalutaribꝰ ꝛc. Dicens ẏo. ſicut in celo
parũ magis eleuat illũ. ꝛ dicens. et in terra
illũ deponit. Tres vltime ad ꝑtem vitam
ſiue ad viã ꝑtinent. et ĩ deposito calice dic
eas. Mꝫedia ẏo ſcz panẽ noſtꝝ ꝛc. ꝑtinet ad
vtrunqꝫ. Ipſa ro tres ꝑme ſuccedũt ordine
tꝑis. ſed ꝓcedunt ordine dignitatis. Tres
vltime ſuccedũt ordine dignitatis ſed prece
dũt ordine tꝑis. Duplex igitur ordo eſt in
dominica oratione notandꝰ. vnꝰ in deſcen
dendo q̃ ꝓcordat cũ donis. alter in aſcendẽ
do qui ꝓuenit cũ ẏtutibꝰ. Bona nanqꝫ de
ſũmis ad ima deſcendũt. Mꝫ Requieſcet
ſup eũ ſpũs dñi. ſpũs ſapiẽ ꝛ intellectus ꝛc.
Virtutes ẏo de imis ad ſumma aſcendũt.
Vnde Beati pauperes ſpũ. quoniã ipſoꝝ e
regnũ celoꝝ. Beati mites ꝛc. Mꝫempe dñs i
oratione ipſa ſecutus eſt ordinẽ dignitatis
qui eſt artificialis. vt de maioꝛibꝰ ad mino
ra deſcenderet. Sed doctoꝛes in illius expo
ſitione ſequunt ordinẽ tꝑis q̃ eſt naturalis
vt de minoꝛibꝰ ad maioꝛa. i. de tꝑalibus ad
eterna aſcendant Quem modũ ſeruabimꝰ
exponendo. Et fit hic adaptatio ſeptẽ petiti
onũ. ſeptem donoꝝ ſpiritusſancti. ſeptem
virtutum. ꝛ ſeptem beatitudinũ. ꝓtra ſeptez
vicia capitalia ſeptem virtutibus oꝑpoſita
Mam dona petitionibꝰ. ẏtutes donis. ꝛ bti
tudines ẏtutibus obtinent. Septem dona
ſunt hec ſapia. intellectꝰ. ꝓſilũ. fortitudo. ſci
entia. pietas ꝛ timoꝛ. Be quibꝰ dic ꝓpheta.
Requieſcet ſup eum ſpũs ſapientie ꝛ intel
lectus. ſpũs ꝓſilij et fortitudinis. ſpũs ſcien/
tie et pietatis. ꝛ replebit eũ ſpũs timoris do
mini. Septem ẏo ẏtutes ſunt he. pauptas
ſpũs. manſuetudo. luctus. eſuries iuſticie.
miſericordia. mũdicia cordis. ꝛ pax. Septẽ
qꝫ beatitudines ſunt iſte. regnũ celoꝝ. poſſeſ
ſio terre. ꝓſolatio. ſaturitas. miſericordie cõ
ſecutio. viſio dei. et filiatio dei. Be quibꝰ cõ
iunctim dñs ait. Be prima. Beati pauperes
ſpũ quoniã ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ Be ſe/
cunda. Beati mites quoniã ipi poſſidebũt
terram. Be tertia. Beati qui lugent. quoniam
ipſi ꝓſolabuntur. Be quarta. Beati q̃ eſuri
unt et ſitiunt iuſticiã. quoniam ipſi ſaturabũ/
tur. Be quinta Beati miſericordes. quoniam.
ipſi miſericordiã ꝓſequent. Be ſexta. Beati
mundo corde. quoniã ipſi deũ videbũt Be
ſeptima. Beati pacifici. quoniã filij dei vo/
cabũt. Septẽ ẏo vicia capitalia ſunt Inani
nis glia ſiue ſupbia. ira. inuidia. accidia. ava
ricia. gula. et luxuria. que ſigficata fuerunt
in ſeptẽ populis qui terram iſrael pmiſſam
tenebant. videlicet ethei. gergeſeus. amoꝛre
us. chananeꝰ. fereſeꝰ. eueꝰ. et iebuſeus. Mꝫ
igit eſt egrotus. deꝰ medicus. vicia ſunt la/
guores. petitiones ſunt planctus. dona ſũt
antidota. ẏtutes ſunt ſanitates. beatitudi/
nes ſunt felicitates ꝛ gaudia. Hec ſeptẽ vi/
cia ꝓ ſeptem petitiones huiꝰ oratiõis fu/
gant. ꝙ put inferius oñdetur. Mꝫ oratiõis
ergo ipſius expoſitionẽ veniamꝰ. Et nota
q̃ in quibuſdã eccliis dũ he ſeptẽ petitiões

dicuntur. dyaconus stat inclinatus. cōmu
nionē expectans. in quo sig̃ficat aplos. qui
post mortē dñi ꝑ septem hebdomadas ꝯfir
mationē spūs expectauerūt Subdyacon⁹
vo quiescit. qꝛ mulieres in sabbato quo est
dies septima siluerunt

Expositio dominice orōnis

Pater noster ꝛc Ordi
nem
tpis vt p̄missuꝫ est in hui⁹ orōnis
expositione ſuantes. a fine ei⁹ initi
tium sumam⁹ v̄sus p̄ncipiū ordine retrog̃
do ꝓcedendo. Siquidē hō multis mal' cir
cūdatus. p̄mo petit liberari a malo. Quia
vo sine temptatione nō ē vita hominis su
ꝑ terrā. iō liberat⁹ a malo petit ut in tēptati
onē nō inducat̄. Et qꝛ dū in hac vita ꝯsistit
semꝑ est in quocūqꝫ pctō. Nā si dixerim⁹
qꝛ peccatū nō habem⁹ v̄itas in nobis nomē
ideo petit vt debita id est pctā sibi dimittāt̄.
Cū aūt fuerit liberat⁹ a malo. cū vicerit tē
ptationes. cū debita fuerint ei dimissa. qꝛ q̄
ꝑ se stare nō p̄t necessari⁹ est ei spūs fortitu
dinis. ne p̄miū expectando deficiat. iō qꝫ pe
tit vt panis q̄tidian⁹ sibi donet̄. Deinde cū
fuerit liberat⁹ a malis. et roborat⁹ in bonis
petit ut fiat volūtas dei sic in celo ꝛ in terra
Et q̄niā p̄missa ī hac vita ꝑfecte fieri nō p̄nt
mox petit vt regnū adueniat. in q̄ nomē pa
tris sanctificet̄ in celis. ut nūq̄ꝫ de cetero pos
sit a sanctificatōis grā separi Postq̄ꝫ pe
titionū ꝯtinuationē p̄misim⁹ mox ad eorū
expositionē veniam⁹. Prenotandū tñ ē q̄
illud qd̄ in orōe p̄mittit̄ vicꝫ Pater noster
q̄ es in celis. captatio beniuolētie est vt iā di
cet̄ Nēpe pater grece d̄r latine genitor Et d̄r
de⁹ pater a patrando siue ꝑficiēdo. qꝛ ꝑ euꝫ
oīa facta sūt. De⁹ aūt et generalr̄ ꝛ specialr̄
ꝛ singularit̄ d̄r pater. Generalr̄ oīm ꝑ crea
tionē. specialr̄ iustoꝝ ꝑ adoptionē. singula
riter xp̄i ꝑ generationē. Per creationem vt
ibi. Flecto genua mea ad deū p̄rem oīpotē
tem a q̄ oīs paternitas in celo ꝛ in terra no
minat̄. Per adoptionē ut ibi. Si vos cum
sitis mali nostis bona data dare filijs vr̄is
q̄ntomagis pater vester de celo dabit spūꝫ
bonū petentib⁹ se. Per generationē vt ibi.
Nemo nouit filiū nisi pater. ꝛ p̄rem nisi fili
us. et cui voluerit fili⁹ reuelare Et ꝑ hoc q̄ di
cit Pater noster q̄ es in celis. dehortat̄ nos
a duob⁹. vicꝫ a suꝑbia. ne dicam⁹ pater mi.
q̄i reputantes ꝓpriū qd̄ est cōe. ꝛ ab indig̃
tate scꝫ ne reddamur indigni tanto p̄rē q̄ cō
sistit in cel'. Deus enī soli⁹ xp̄i pater est ꝑ na
turā. cui soli ꝯpetit dicere pat̄ mi. Fideliū āt
est pater ꝑ grām quib⁹ ꝯpetit dicere. Pater
noster. Ille dic̄. pat̄ mi si possibile est. trāsfer
a me calicē hūc. Isti dicūt. pat̄ noster q̄ es ī
celis sanctificet̄ nomē tuū ꝛc. Hinc etiaꝫ ipse
met dic̄. Vado ad p̄rem meū ꝛ patrē vestꝝ
Meū q̄dē ꝑ naturā. vestrū ꝑ grām Horta
tur etiā nos ꝑ hoc ad duo scꝫ ad seruandū g̃
tiam adoptionis cū dic̄. pat̄. ꝛ vnionē frater
nitatis. cū ait noster. Rursū ꝑ hoc q̄ dic̄ pater
qd̄ est nomē piū. notat̄ bonitas ei⁹. ꝛ ecclie
deuotio. q̄ ipsū patrē appellat. ꝑ hoc vo q̄ dicit
noster. oñdit̄ dilatatio caritatis. Per hoc q̄ di
cit in cel'. i. in sanctis. q̄rum cōuersatio a fece
mūdi remota est dei pietas desig̃tur Quia
igit̄ captatio beniuolentie in hac orōne pre
mittit̄. sciendū est q̄ beniuolētia captatur a
trib⁹. scꝫ a ꝑsona cognitoris. petitoris ꝛ asses
soris Cognitor est de⁹. petitor est hō. assessor
est angel⁹. A ꝑsona cognitoris cū ait pater
petitoris cū ait noster. assessoris cū ait q̄ es ī
cel'. i. in angelis vel in sanctis. De quib⁹ ha
bet̄. Celi enarrāt gl'am dei Vñ spes nobis
tribuit̄ vt sctōs nos faciat. Vel in cel'id ē in
secreto maiestatis diuine. ꝑ qd̄ dat̄ fiducia
obtinēdi bonū occultū qd̄ ocul⁹ non vidit
nec auris audiuit. nec in cor hoīs ascendit
Dat ergo fiduciā ī petrādi bonū Vñ ñ d̄r
dñe. cui ſuit̄ tīore. sꝫ pat̄ cui ſuit̄ amore. q. d
qꝛ pat̄ es vis. q̄a in cel'es potes. ergo libera
nos a malo Et nota q̄ celū d̄r a celādo. q̄a
celat diuina secreta. vel a celsitudine. qꝛ alti⁹
ē terrenis rebus Sed libera nos a malo
Triplex aūt est malū a q̄ petim⁹ liberari. in
natū. additū. ꝛ inflictū Primū ꝯtrahit̄ scilꝫ
originale. scd̄m ꝯmittit̄ scꝫ actuale. tertiū su
stinem⁹ scꝫ penale Malū aūt vitam⁹ ꝑ spi
ritū timoris Nā ut inq̄t scriptura Timor
dñi expellit peccatū Et alibi Per timorem
dñi declinat oīs a malo Porro triplex est

timor q̄ cessam⁹ a malo. Pueris. initial'. ⁊ filialis Timore pueri cessam⁹ a malo formidine pene Timore filiali cessam⁹ a malo amore iusticie Initiali timore cessam⁹ a malo partim formidine pene partim amore iusticie Seruilis timor est incipientiū. initial' pficientiū filial' pficientiū. dic̄ ergo Sz libera nos a malo. q. d. Ba nob spūz timoris ⁊ pauptatē spūs vt p spūm timoris vitem⁹ mala. p pauptatez spūs abdicem⁹ bona. q̄ten⁹ exclusis vicijs ⁊ ꝓptis terrenis habeam⁹ eterna sc̄z regnuz celoz. q̄ lucifer ⁊ p̄mi pentes p inanē gliaz siue supbiā amiserūt Sder Bergo q̄ se hūiliando petit liberari a malo. q̄ fit p donū timoris. fugat supbia. q̄ opponit timori. Et sic finis oro̅nis ꝓcordat cū p̄ncipio. vbi ab hūilitate ꝰ supbiā inceput vt p̄missū est. ¶ Et ne nos inducas in temptation̄. sc̄z dyabolicā. Nota q̄ temptat nos de⁹. tēptat hō. tēptat dyabol⁹. Be⁹ tēptat ut pbet. hō ut sciat dyabol⁹ vt fallat Be p̄mo legit Tēptauit de⁹ abraā Be sc̄o Tēpta nos obsecro dieb⁹ decez. Be tertio. Cur sathanas tēptauit cor tuū. Sdoro duob⁹ modis tēptamur. interi⁹ p delectationē. ⁊ exteri⁹ p suggestionez Interior tēptatio paz officit. exterior multū pficit si nō ꝓsentiat sed resistat. Scriptū ē enī. Tēptatio vos nō aprehēdat nisi hūana. Burlus Btūs vir q̄ suffert tēptationē q̄ cū pbat⁹ fuerit accipiet coronā vite. Cū ergo citra ꝓsensū tēptamur ducimur i tēptationē. cū ꝓsentim⁹ in tēptationē inducimur sic̄ pisces añ capiūr i rete ducit. cū aūt iducit capit⁹ ⁊ tenet Cū cumplet q̄d iacob⁹ apl's ait. Tēptat āt vnusq̄sq; a ꝓpria cōcupiscētia sua mala abstract⁹ ⁊ illect⁹ Deinde ꝓcupiscentia cū ꝓceperit. parit pctm. peccatū vo cuz ꝓsumatū fuerit generat mortē Uerū cū idē apls dicat. q̄ de⁹ ē intēptator malor. q̄d ē q̄d petim⁹ ne de⁹ nos inducat i tēptationē sed dōm ē q̄ de⁹ q̄dammō tēptat ⁊ q̄dāmō nō tēptat. Tēptat vt pbet. iuxta illud Sdoroba me de⁹ ⁊ tēpta me. Non tēptat ut fallat iuxta illud. Be⁹ neminē tēptat. Sdetim⁹ ergo ne nos de⁹ i tēptatōz iducat. i. ne p̄mittat induci. q̄ sic̄ dr non est malū in ciuitate q̄d de⁹ nō faciat. i. q̄d fieri nō p̄mittat. Scptuz est enī. Fidelis de⁹ q̄ nō patiē vos tēptari supra id q̄d potestis Quasi dicam⁹ Ba nobis spiritū pietatis ⁊ māsuetudinē spūs. vt p spūm pietatis vincam⁹ tēptatōnē exercēdo nos ad pietatē. ⁊ p mansuetudinez spūs vincam⁹ irā nō reddēdo malū p malo. Uincam⁹ etiā inuidiam q̄ opponit pietati. vt ita possideam⁹ terrā viuētū. quā p spūm pietatis ⁊ p mansuetudinē spūs obtinebimus Sdā pietas p missionē hz vite q̄ nūc ē et future Et bti mites. q̄nia ipsi terrā possidebūt Uñ psal. Sdan suetipossidebūt terrā. ⁊ delectabunt in mltitudine pacis. ¶ Dimitte nobis debita nrā ⁊c. Debita dicunt pctā. q̄ nos debitores pene ꝓstituūt. Sdō enī Bagit de debitis pecuniaz sed offensaz. Tria aūt sūt debita q̄ petim⁹ nobis dimitti. sc̄z pctuz i deū peccatū i primū ⁊ peccatū i nos Uñ peccauim⁹ cū prib⁹ nris. inuste egim⁹. inq̄tē fecim⁹ Sdeccauim⁹ cū prib⁹ nostris in deum. inuste egimus in ꝓximum. inequitatem fecimus in nosipsos. Et q̄ peccauim⁹ in deū. ideō petimus vt ipse dimittat nobis. q̄ peccauim⁹ in nos. ideō petim⁹ ut dimittat nobis debita nrā. q̄ peccauim⁹ in primū. ideō petim⁹ vt dimittat nobis debita nostra. sic̄ ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nris Hoc pacto ergo et ea condition̄e nob dimittunt. nos debitorib⁹ dimittamus. aliōq̄n etiā dimissa reuocant in debitū. Sm illd euāgeliū. Seruene nēq; oē debitū dimisi tibi q̄nia rogasti me. Sdōne ergo oportuit ⁊ te misereri ꝓseruo tuo sic̄ ⁊ ego miser⁹ sū tui. Et irat⁹ dñs ei⁹ tradidit eū tortorib⁹. q̄adusq; redderet vniuersū debitū. Sic et pat̄ me⁹ celestis faciet vobis si nō dimiseritis vnusq̄sq; fratri suo de cordib⁹ vris. Et ergo dñs euidenter ostenderet. q̄ null⁹ est totiꝰ oratōis fruct⁹. nisi debitorib⁹ dimittam⁹ in fine euāgelij subiūxit adoīa Si dimiseritis hoīb⁹ pctā eoz̄. dimittz vobis pater vester celestis peccata vra. Si aūt nō dimiseritis hoīb⁹ pctā eoz̄. nec pater vester dimitet vobis pctā vra Uis ergo q̄ debitorib⁹ nō dimittūt hec oro nō ꝓdesse videā. q̄nimo videā obesse. Uaz q̄ hec petit sibi dimitti sicut debitorib⁹ suis ipe dimittit. pfecto si nō dimittit ipe debitorib⁹

videt petere vt sibi nō dimittat Sz ḡrit q̄d
teneꝫ illi dimittere q̄ nec satisfacere vult nec
venīā postulare Sane distinguēdū ē inter
pfectū et ipfectū. Is q̄ viā pfectōis arripuit
dz etiā nō petēti venīā oīmode indulgere.
Vñ in canone inno. legit. Falsa est pēnia. si
penitens offenso nō satisfaciat. aut si offen
denti offensus nō indulgeat. Qui vō non
dū pfectionis votū assūpsit. tenet q̄dē rāco
rē cordis deponere. sed nō tenet satisfactiōez
debitā p̄donare Vñ in canone fabiani ita
cauet. Si q̄s p̄tristat⁹ recōciliari noluerit
fratri suo satisfaciente eo q̄ p̄tristauit. acceri
mus macerēt in ediis vsq; dū ḡtanti aīo satis
factiōnē recipiat. quāq; oēs vniuersaliter tene
amur diligere inimicos nr̄os. bñfacere his
q̄ oderūt nos. et orare p̄ persequētib⁹ et calūniā
tib⁹ nos Qz vō sūt culpe q̄b⁹ culpa ē relaxa
re vindictā. et si peccatū in nos teneamur di
mittere. peccatū tñ in deū et peccatū in pri
mū debem⁹ punire. Quisq; ergo laborat
odio. vel inuidia. grauat magis hac oratione
q̄ iuuet. nisi forte iā ppositū habeat dimit
tendi Verūtñ nō in sua q̄q; sed in tot⁹ ec
clesie videt persona orare Vñ nō dic dimitte
mihi debita mea. sic et ego dimitto debitori
b⁹ meis. sed tu dimitte nob⁹ debita nr̄a sic
nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄is Quia etiā
volūt illud ita itelligi. dimitte nobis. ꝛc. i. sic
dimitte nobis debita nr̄a vt et nos dimitta
m⁹ debitorib⁹ nr̄is Quasi diceret Da nob
donū sciaz luctū et vmitē. qten⁹ tā nr̄ā q̄z ali
ena pcta cognoscam⁹ et defleam⁹ ut nobis
debita nr̄a dimittas Et sic p̄solationē hēbi
m⁹ aduersus inuidiā. q̄ facit boiez dolere de
alieno bono. et aduersus irā q̄ ē p̄ria scien
tie. q̄ ira ip̄edit animū ne possit cernere ver
Ider sciaz enī et luctū in pñti remissionē ac
cipim⁹. et in futuro p̄solationē habebim⁹.
iuxta qd̄ legit Ad delicto meo mōda me. q̄ni
am iniq̄tatē meaz ego cognosco. Et bti q̄ lu
gent. q̄niā ipsi p̄solabūtur Panē nr̄ūm
qtidianū ꝛc. Vñ in euāgelio iohis Bñe sp
tat latine dis. Vñ oram⁹ vt oipotens pat
omnē victū spūalē et carnalē oī tpe nob⁹ ar
gire dignet. Quiq; aūt panes sūt nisi ne
cessarij. In via q̄ttuor et q̄nt⁹ in patria Cor
palis ad sustentationē. spūalis ad informa
tionē. doctrinal⁹ ad eruditionē. sacrament⁹
ad expiationē. et etnal⁹ ad fruitionē. De p̄mo
legit Mō in solo pane vuit hō De secūdo.
Amice accōmoda mihi tres panes De ter
tio Venite comedite panē meum De q̄rto
Qui panē dñi manducat indigne reꝰ erit
corpis dñi De q̄nto Ego sum panis viu⁹ q̄
de celo descēdi. Postq̄z enī fuerint homini
pcta dimissa. necessari⁹ est ei spūs fortitudi
nis ut p̄missū est. nō dicit Panē nostrū q̄ti
dianū. i. nobis q̄tidie necessariū. alioq̄n q̄d
nostr⁹ eēt nobis dare nō posset. nisi p̄ꝰ de
neret eē nostrum Da nobis hodie. q. d. Da
nobis spūtū fortitudis q̄ multiplici pane
roborat aīam. ne deficiam⁹ in pñti esurien
do iusticiā. p quā expellētes accidiā. i. tedium
de bono plena iusticia saturabimur in futuro.
Pmillō Bti q̄ esuriūt et sitiūt iust⁹ cā. q̄niā
ipsi saturabūtur Mathe⁹ dicit Panē no
strū supsubstantialē Qd̄ duob⁹ modis p̄t
itelligi. vl vt vna sit dictio. q. d. Da nob pa
nē nostr⁹ supsubstātialē. i. xp̄m q̄ est supsub
stātial⁹. i. sup oēm substātiā scz creatā. q̄ pa
nis est in altari Vel vt sint due dictōes. q. d
Da nobis panē nostr⁹. i. xp̄m q̄ est p̄pus ci
b⁹ fideliū et sup panē. i. p̄ter panē substan
tialē. i. necessariū ad sustētationem q. d. Da
nobis vtrūq; panē. s. mentis et corp̄is. Lucas
dicit Panē nostr⁹ q̄tidianū. qd̄ tā de corpa
li q̄z de sacrāmētali pane p̄t intelligi. vicz de via
tico Grec⁹ hz epynsion q̄ interp̄tat supsub
stantialē Hebre⁹ vō segola. qd̄ interp̄tatur
egregiū vel peculiarē. Ob hz forte lucas vi
dēs matheū dixisse segola qd̄ sonat pecliarē
dixit q̄tidianū Grec⁹ at ip̄es mat. q̄ vide
ens dixisse segola qd̄ sonat egregiū dixit epyn
sionē. i. supsubstātialē. Fiat volūtas tua
Hoc rogam⁹. ut quō angeli vel oēs scti in
culpabiles deo fuerūt. ita et nos absq; grauī
pcto illi faciamus in terra Volūtas dei du
pliciter intelligit scz et bñplacitum dei et nuz.
et signum beneplaciti tempalis Beneplacit
dei eternū semp impleꝫ Vñ Et volunta
ti eius q̄s resistet Et oia q̄cūq; voluit dñs
fecit. Signa bñplaciti tpalia sunt p̄cepto

phibitio.pmissio.psiluũ.ꝛ opatio. Uñ ꝟba gna opa dñi exq̃sita in oẽs volũtates eius Hec nõ semp ꝑplent. sed vt impleant orat. Uñ or. Fiat volũtas tua.i. opeꝑpleat.qõ ꝑ cipis.qõ ꝓsulis.qõ suades.qz nõ sufficit vo lũtas nisi assit facultas. Sicut in celo ꝛ in tra ro ẽ.sicut illi q̃ sũt in celo volũtatẽ ei⁹ faciũt sic ꝛ nos in terra faciam⁹ Uel sicut in celo ꝛ in terra.i.sic in angel'ita ꝛ in homĩbus.vel sicut ĩ pfectis ita ꝛ in ꝓuersis.vel sicut in xpo ita et in eccl'a.vel sicut in mẽte ita pariter ꝛ ĩ carne.vt caro nõ ꝓcupiscat aduersus spũz ꝟm illud. Cor meũ et caro mea exultauerũt in deũ viuũz.q.di. Da nobis spũm ꝓsilij.vt faciam⁹ volũtatẽ tuã. maxie miscdiaz q̃ p/ mit auariciã.q̃ten⁹ miscdiaz ꝓsequmur.ꝟm illud. Beati misericordes. q̃niaz miscdiam ꝓsequent. Sicut enĩ auaricia ꝓsistit in acq̃ rendo ꝛ retinẽdo.ita miscdia ꝓsistit in dan/ do ꝛ dimittendo. Huⁱ⁹ petitionis ꝛ aliaz ũ duaz ꝛmpletio inchoat in via ꝛ ꝓsũmat in patria.vbi nil velle poterim⁹ nisi qõ deũ vel le sciem⁹.tunc diligem⁹ deũ ex toto corde.ꝛ ex tota mẽte.et ex tota aĩa. Et corde.i. intelle/ ctu diligim⁹ filiũ.toto.i. sine errore. Ex mẽte .i. mẽoria diligim⁹ ꝑsẽm.tota ro ẽ sine obli/ uione. Ex aĩa.i. volũtate diligim⁹ spiritum sanctũ.tota.i. sine ꝓtrarietate.patrẽ poñam filiũ sapiẽtiã.spũm sanctũ bonitatẽ. Ad/ ueniat regnũ tuũ. Hoc rogam⁹ vt sp xpus regnet in nobis ꝛ nõ peccatũ vt nos patos inueniat.q̃n aĩam a corpe ubebit exire Be gnũ aũt dei or et militans eccl'ia.qz regitur. ꝛ triũphans eccl'ia qz regnat. Itẽ regnũ dei or ꝛ grã fidei et gl'e sẽ. Rursus regnũ dei or ꝛ intellectus scripture ꝛ loc⁹ patrie. De re gno militantis eccl'ie scriptũ est Exibũt an/ geli ꝛ segregabũt malos ꝛ colligẽt or regno ei⁹ oĩa scãda la De regno triũphãtis eccl'ie repit Uenietꝛ recũbẽt cũ abraã ysaac ꝛ iacob in regno celo ruz. De regno fidei dicit scriptura Regnũ dei ĩtra vos est. De regno spei ait dñs. Hoc/ cipite regnũ.qõ vobis paratũ est ab origie mundi. De regno scripture legit. Auferet a vobis regnũ dei ꝛ dabit genti faciẽti fructũ ei⁹. De regno patrie repit. Fulgebunt iusti sicut sol in regno pris eor. Et ipe xps or regnũ dei.ꝟm illud. Si ego in digito dei eijcio demonia ꝓfecto venit in vos regnum dei. Aduẽiat igit regnũ tuũ.i. veniat regnũ ad regnum militãs vicz ad triũphans. Ut regnũ tuũ adueniat.i. ad videndũ te veniat. vt regnũ fidei ad regnũ transeat spei. q̃niaz hec est vita eterna. vt cognoscam⁹ te solum verũ deũ ꝛ quẽ misisti iesũ xpm.q.d. Da no bis spũm intellectus.q̃ mũdati corde intel/ ligam⁹ te in pũtu regnare ꝑ fidẽ vt in futuro videam⁹ te regnãtẽ in nobis ꝑ spẽm. Tũc cognoscem⁹ sicut et cogniti sum⁹ Uidẽtes nũc q̃si ꝑ speculũ in enigmate. sed tunc facie ad faciẽ eũ videbim⁹ deũ deor in syon Qđ est ꝓtra gulã. Be q̃.ppba. Unũ unq̃t rebri etas auferũt cor. Ider itellectũ ei desinit hõ carnaliter viuere. Uñ hiero. Alma sciẽtiam scripturaꝝ ꝛ carnis vicia nõ amab Sãc/ ctificet nomẽ tuũ. Hic rogam⁹ vt nos scti sim⁹ ꝛ iusti.ꝛ recedam⁹ a malo ꝛ semp faci am⁹ bonũ. Et nota q̃ nomẽ pris q̃tuor mo dis sanctificat in filijs. duob⁹ in via ꝛ duo/ b⁹ in patria In via ꝑ efficientiã ꝛ pseueran ãti. in patria ꝑ ꝓsumationẽ effectionẽ. In via nãq nomen pris sanctificat in filijs q̃n sctificationis effectũ opat in eis. vel ꝑ sctifi catio quã acceperũt in noie pris. pseuerat in illis. In patria vo nõmẽ pris sanctificat in filijs.q̃ sanctitur ꝛ ꝓfirmat in eis ut nũq̃z possint a felicitatis grã separari. Hic est q̃ mobile nomẽ pris in filijs. Hã ꝛ iudas q̃n fuit filius. q̃nq̃z nõ fuit. Ider o q̃ possibilitate mouenda dixit apls. Castigo corpus meũ et in futurũ redigo. ne forte cũ aliis ꝓdicaue/ rim ipse reprobus efficiar. Ubiq̃z nomẽ patris sanctificat in filijs.q̃ ubi tales sũt filij i q̃b⁹ pater sanctus apparet. tũc erũt manifesti qui nũc sũt occulti.ꝟm illud. Hos insensati vi/ tã illoꝝ estimabam⁹ insaniã. ꝛ finẽ illoꝝ sñ honore. et ecce quo ꝓputati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illoꝝ est Dicit er go sanctificetur nomen tuum quasi dicere t Da nobis spiritum sapientie. ꝓ ouk dicitur a sapore. id est iocunditatem eternam. in gulemus q̃m suauis est dominus. gene/ ra tem in nobis pacẽm. id est motuum in teriorũ quietem ut caro nostra non concu/

piscat aduersus spūm. q̄ nō est pax ossibus meis a facie peccatoꝝ meoꝝ. vt ita sāctificetur nomē tuū. i. pater in filijs. q̄tenꝰ in pūtu difficile. i futuro nequaq̄ a filiatōis gratia separēt. Qđ est manifeste ꝓtra luxuriā. qua q̄ laborat nō iocūdat in deo. pacē mētis nō hz. filiꝰ dei nō est. sed iumēto assimilat. q̄ q̄ iumentū in suo stercore ꝓputrescit. gustato eis spū desipit oīs caro ¶ In fine dñice orōnis ponit amē qđ ad oēs petitiones refert. Hebreꝰ aūt ponit in fine vnū ex his tribus amen. sela. salez. q̄ sonāt vē. sp pacē. Be amē dictū est sub ti. de salutatione ad ꝓplm. Luc. aūt amē q̄nq̄ affectū optantis exꝑmat. hic tū ꝓclusionis affirmationē oñdit. Ūñ glo. mathei. vj. Amen sig̃ficat in his oīb⁹ petitōnib⁹ indubitanter a dño tribui qđ petit. si vltime ꝓditionis pactū fuauerim⁹. Ūñ subdit. Si dimiseritis ꝛc. Et ideo amen ℞ nō a ꝓplō vel clero. sed a sacerdote. pferēt. Cū enim ipse sit mediator inter ꝓplm et deū. q̄ eius est vota ꝓpli deo offerre. et ipsi⁹ volūtatē ꝓplo renūciare. sic legit ero. xix. magis ꝓgruit illud a sacerdote. pferri. a q̄ ꝓuēit petita a dño fuisse cōcessa affirmari. q̄z a ꝓplo cui hmōi renūciatio ipso mediāte fieri dz. In alijs vō orōnibus q̄ in officio ecclesiastico dicuntur amen potiꝰ exꝑimit affectū optantis. q̄z cōclusionē affirmātis. ideoq̄z in illis ꝓgruit ꝓferri a ꝓplo. a quo optat qđ illis a sacerdote orante postulatur ¶ Deinde profert tū hic sacerdos amē sub silentio. ¶ Primo in signum q̄ dñs vult orantes latere q̄ a dño exaudīti sint ne postmodū tepescāt. Secđo q̄z si alte pferret amē q̄ affirmat orōez dñicā exauditā eē. iudicari posset ꝑsūptio et q̄dā ostētatio sacerdotis.

Tertia pars misse de silentio p⁹ Dominicam orationem

Tertia pars misse

incipit in hac orōne. Libera nos q̄s dñe ꝛc. Que orō dr emboliſmus vel superexcrescentia. eo q̄ nihil in ea petit qđ in ꝓcedenti dñica orōe petitū nō fuerit. nec tū superfluit. q̄nā est repetitio et exꝓsitō nouissime petitōis illi⁹. Illa ei dic̄ Libera nos a malo. Ista dicit. Libera nos q̄sum⁹ ꝛc. Et subdit a quib⁹ malis scz ꝑnīb⁹. ꝑteritis et futuris. Et subdit etiā trāsit⁹ ad orationē ꝑ pace. ibi. Intercedēte btā ꝛc. Ult dicit superexcrescētia. q̄in ꝑmutua ecclia multo tpe dicta nō fuit Et nota q̄ dupler ē emboliſm⁹. vicz q̄tidian⁹ et annu⁹. Quotidian⁹ ē hec oratio Cū enī amen sit finis dñice orōis et illud reseruat sacerdoti a clero dicente. sed libera nos a malo vt ꝑmissum ē. patz q̄ hec oratio intelligit emboliſmus nō solū q̄tidianus. vexetiā dñice orōis Emboliſm⁹ etiaz q̄tidian⁹ sūt ꝑfatōes vt vē dignū ꝛc. et ꝓmūicantes ꝛc. et hāc igit oblatōnē ꝛc. te igit clemētissime pater. Annu⁹ vō emboliſm⁹ est ꝓsecratio olei infirmoꝝ. de q̄ dicet in. vj. ꝑte sub ti. de cena dñi et bñdictio vuaꝝ et agni paschalis et hmōi. et etiā frugū et fabaꝝ ꝓmaꝝ. q̄ erinstitutione eccl̄ie habent pape sup altare bñdicunt Emboliſmo finito nō ꝓcludit. ꝑ domunū. hec enī est emboliſmoꝝ et ꝑfationum ꝓsuetudo. sed ei ꝓtinuat orō Da ꝓpic⁹ pacē ꝛc. Da pacē inquā pectoris vt sim⁹ a peccato liberi. Da pacē tpis vt sim⁹ ab oīpturbatione securi. nocet ei infirmis ꝓturbatio. Et ecce q̄z apte enodat a quib⁹ malis erui deꝑcemur. Hec aūt orō. Libera nos ꝛc sub silētio dr. put dictū est sub ti. de pat noster. sup. ℣bo. Deinde ꝑceptis. qđ silētiū sig̃ficat sabbatū q̄ corp⁹ dñi in sepulcro qeuit Tūc enī nullus fidē ꝑdicauit. Ūñ luca testante. mulieres q̄ parauerāt vnguēta sabbato qđē siluerūt ꝑm mandatū legis. xp̄s tū nō siluit imo ipse q̄ ꝑm carnem in sepulcro qeuit ꝑm aīam descendit ad inferos. vt fortioꝝ supueniens superet fortem armatum ad qđ sig̃ficandum ecclia romana dicit ipsam orationē alta voce in die parasceue. et mediolan. sp. et tūc momordit infernū ducēs suos vinctos de lacu vbi nō erat aq̄. liberans eos de malis ꝑteritis ꝑntibus et futuris. et dās eis ꝑpetuā pacē in q̄ sūt sp. et a pctō liberi. et ab oīpturbatōe securi. Ūñ de lacu liberati se et totā eccl̄iam orat ꝑsbiter dicēs. Libera nos. ꝛc. Et q̄ nos indigni sum⁹ veniaz de ꝑteritis et ꝑntib⁹ atq̄z de futuris cautelā ꝑme-

reri. nisi nobis donet oratione beate virginis. et beatorum petri et pauli atque andree et aliorum sanctorum ideo hic eos in nostrum patrocinium invocamus Ad impetrandam ergo pacis gratiam imprecatur mater salomonis. i. vir pacifici. et michael nuncius pacis. et baptista pacis et tres apli testes pacis et non plures. quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Dominus ergo orauimus ut liberaremur a malis. nunc vocat pace oramus. Rursus licet omnes apli fuerint propter auctoritatem apostolatus annumerati. in hac oratione quia triduum quod dominus in sepulcro iacuit designat tres repetunt. et specialiter isti tres propter aliquas eorum progatiuas videlicet propter priuilegium prorogatiue dignitatis quod ad petrum. propter priuilegium predicationis et immensi laboris quod ad paulum. et propter priuilegium numium concupite crucifixionis quod ad andream. Adhuc in hac oratione est intentio inuocare non solum apostolos verum etiam omnes sanctos. quod pertriplicem statum distinguuntur. sicut et omnes qui sunt in militante ecclia. aut enim fuerunt vel sunt in statu coniugali. quod propter petrum. aut in statu continentie et viduali. quod per andream. quod per crucem. creditum viduali statu fuisse. aut in statu virginali. quod per paulum designatur. ad quem statum etiam angeli reducunt. quia virginitas soror est angelorum Et debitam mariam etiam fit mentio tacitum deportami/sericordie Postremo nota quod per secretorum triadicum ad misterium presecratois corpis dni nri ihesu christi dicitur Postquam receptis salutaribus. et oratio dominica. et hec oratio. Libera nos quesumus. et Propter tres dies quibus dominus corpus iacuit in sepulcro siue propter triplicem legem. scz naturalem. mosaycam et euangelicam

De resumptione patene

Via post passionis tristitiam ad resurrectionis gaudium puenit. iuxta illud Ad vespurum demorabit fletus. et ad matutinum leticia. ideo subdyacon⁹ interea diu chorum rndet. sed libanos a malo. accedes ad dyaconum tradit illi patenam inuolutam. Dyacon⁹ vo illam recipiens eam releuat. et releuatam reponitat et tradit sacerdoti osculando illius manum aut humerum dextrum. Sacerdos vo cum ea signum crucis sancte sibi facit in facie et ea postmodum osculatur Hi quidem tam numero quam obsequio sanctas illas mulieres significant de quibus narrat euangelista matheus. Vespere autem sabbati. que lucescit in prima sabbati venit maria magdalene. et altera maria videre sepulcrum reponitatem sepultam. i. corpus passum titudie caritatis in obsequium sepulture Juxta quod legitur. quod mulieres emerunt aromata ut venientes ungerent ihesum. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. et dicebant ad inuicem. quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti. Accessus igitur diaconi quem marias signat. in traditione patenam. signat illud quod manie venerunt videre sepulcrum et resurrectionem xpi late credentes. ea apostolis nunciauerunt. quod dominum sue fidei latitudinem obtulerunt. non de manu diaconi patenam. i. latitudinem caritatis. sacerdos accipit. i. xps acceptat Vel pontifex diaconum intelligat nicodemum. qui etiam late credidit et obsequium exhibuit saluatori Quo vo patena pannus inuoluta deum creuelata ad altare deportat. Best quod moyses de fiscella est ad regiam productus domum. exo. ij. Vel ex qua deum latuit. ignotus misteriis ac ecclia exaltata ad rpm ascendere de egipto docens. Quo vo sacerdos sup patenam sibi a ministris oblatam signum crucis facit repputat illum qui matthea legitur. quod principes sacerdotum et pharisei signauerunt lapidem cum custodib⁹ sz nec non ista nec ipsum signum crucis necessitatis sunt. Item quod patenam oblatam recipit signat quod xps ones ad se ex caritate redeuntes cum oratorio recipit. quod etiam ex eo pz. quod matrem pseuerantem et alijs apparuit. Be Benedictionem subtrahi. de oblatione sacerdotis. Postquam traditam dyacono patenam subdyacon⁹ manipulum quo patenam tenuerat inuolutam. plicatam non supponit altaris. sz alibi deponit. quod significat illum qui legitur Iohannem. xx. c. quod petrus in monumentum intrans videt sudarium quod sup caput xpi fuerat non cum linteaminib⁹ positum. sz separatum in vnum locum inuolutum Byacon⁹ autem manum seu humerum dextrum sacerdotis osculat. ad notandum quod ipse vult esse socius in passione vt socius sit in regno. sz quod dicit apls Si compatimur et conregnabimus. Rursus quod osculatur dextrum illius humerum significat quod deum Benedictum videre non possumus. nisi per speculum et enigmate. in futuro vo videbimus eum sicuti est. Quo vo crucifixus ardenti ofide

rio q̄rebat̄ iuxta qd̄ angel⁹ inq̄t mulieribus
bñdicit. ꝑ eum celū sicut pellis extenditur. i.
scriptura vt quasi nihil lateat explanat. Si
militer ⁊ cōmunio. Die festiuitatis ꝛc. ioh.
vij. ca. ad eandem ꝑtinet spūssancti opatio
nem. qui facit flumina velut aque viue de
ventre credentis exire. i. affluentiam saluta
ris doctrine. Et est vt quibusdaz placet hec
missa ꝑ bñdicamus dño concludenda. In
vesperis hi psalmi s̄m quarundam ecclesia
rum consuetudinem cōcinunt scz. Lauda

te pueri. Laudate dñm oēs gentes. Lauda aīa mea dñm. Laudate dñm q̄niam bonꝰ ē psalmꝰ. ⁊ Laudā hiēm dñm. eo q̄ hiis psalmis laudes dei magis resonare vident tur. vbi enī spūs spirat. organum ad laudes inuitat.

In die sancto pentecostes

Entecostes sicut et pascha apud hebreos celebre festū erat qđ post quinq; decades pasche celebrabat. vnđ ⁊ vocabulū sumpsit. Nam pentecostes dr a penta qđ est q̄nq; et costes qđ est decē. Vel ca ei pentecostes. q̄n q̄ geniꝰ dies a pascha. put iā dicet. Inter hec festū ⁊ aduentū dñi cantat alla ⁊ glā in excelsis. put dictū est in phemio huiꝰ ptis. ⁊ sub ti. de septē diebꝰ post pascha. Idcirco aūt alleluia frequēter cantat p totā hebdomadaz pentecostes q̄ p dies pentecostes. ecclia per baptismum deo pl̄os congregat. ⁊ ideo saluti eoz congaudēs quouisq; albis vtunt vestibꝰ. hymnū laudis decātat. Tūc etiam stantes oramꝰ. in signū liberatōis eorundē. q̄ p dona spūssancti de morte ad vitam resuscitari meruerūt. Hac enī die missus est spūsscūs in apl̄os ī liguis igneis. Sane octaua pentecostes celebrat. q̄ sicut ī septenario hebdomadaz q̄ pcedit itelligit pfectio bonoz operū septiformis spūs. ita in octaua intelligit plūmatō premioz. quoz vtrunq; appropriatur spūisancto. licet tota trinitas vtrunq; operetur. quoniā indiuisibilia sūt opa trinitatis. Sed q̄ spūssanctꝰ est amor pr̄ et ex solo amore ē dat ⁊ dabit nobis dns. Idcirco spūisancto ascribit. Alij vo non celebrant octauam pentecostes. Nā cū solum septē sint spūssancti dona. solū septē diebus debet fierr festū penteco. Et ideo clemēs papa dicit in sua epla decretali q̄ hoc festuz caret octauis. Sed pari ratione nec pasca deberet octauā habere nisi solū q̄ā diē ppter vnitatē. Rursus hoc festū septez diebꝰ agit ppter presentis vite septenarium. vel ppter anumaz sabbatismū. vel q̄ p septē spiritus sancti dona coporibus et aīmabus plena gaudia conferūtur. Unde ⁊ septem vltimi psalmi a laudibus intitulantur. quia per septiformis gratie operationem gaudia conferuntur eterna. Dehoc dicetur sūb dominica prima post pente. Utrum pentecostes sit hebdomadaria festiuitas. dictum est sub titulo de septem diebus post pascha. In nocte penteco. leguntur tres lectiones ⁊ dicuntur tres psalmi cum tribus antiphonis sicut fit in nocte pasche. ad notandum vnum ee opus totius sancte trinitatis in potētia miraculorum. Quidam tamen nouem legūt lectiones sicut fit in alijs dominicis. sed tñ canonicum est tres dumtaxat legere. ppter sacramentum baptismi in trium psonaruz nomine celebrati vel ob triduanam dominī sepultura cui sumus in baptismo sepulti. Rursus ideo tres psalmi cum tribus antiphonis dicuntur. quia spūssanctus tria circa apostolos operatus est. Nam veteres innouauit. innouatos confirmauit. ⁊ confirmatos ad alios conuertendos misit. Ad pmū pertinet qđ dicit in prima antiphona. Factꝰ est repente de celo sonus. Ad scđm quod dicitur in secunda. Confirma hoc deus. Ad tertium quod dicitur in tertia. Emitte spūm tuum. Eoz enim ministerio vocati sūt alij. et spūsancto interius recreati. Et quia ī ipis apostolis duo operatur spūssanctus scz remissionem peccatorum ⁊ operationem miraculorū. idcirco ille antiphone terminant p duplex alleluia. Verū si diligenter attendere volumus ⁊ ferre psalmos et antiphonas que dicuntur in pasca cum his quedicuntur in penteco. alia ratio inuenīt. Nam ibi infra hebdomadā fit variatio psalmoz antiphonaz et tonorum. Hic autem nec in ipsa die nec in alijs fit variatio ⁊ omnes ille antiphone sūt vnius toni. scz octaui ⁊ eiusdem differentie. Ratio autem est. quia q̄si duplex baptisma legimus apostoloz. Primum in quo pceperunt remissionez peccatorum. Nam eos baptizatos esse christi baptismo ambigendum nō est. vt dictum est sub ti. ō vigilia pasche. Et scđm qđ receperūt ad robur virtutū ⁊ operationem miraculoz et ad repulsionem malecreaturam omnium secularium. Nam si baptizatus fuerat petrꝰ

cum ad vocem ancille christū negauit. Se-
cūdo baptizat⁹ fuit in die pente. cū corā regi
bus ⁊ principibus nō timuit p̄dicare v̄bū
dei. In primo ergo m̄lta instabilitas ⁊ vari
etas fuit circa discipulos. In secundo vni-
formitas ⁊ stabilitas. In hūc etiā modū in
eccl̄ia dei duo sunt genera bonorum. scilicz
actiuoꝝ ⁊ ꝯtemplatiuoꝝ Actiua vita consi
stit in bonis opibus. id est in amm̄istratōe
exteriorū. in qua ꝯstituti ab amore tp̄aliuz
nō omnino sep̄ant̄ licet amorē dei amori tē
poraliū p̄ferant. Cōtemplatiua consistit in
dilectione dei. ⁊ ꝯtemplatione. He due vite
p̄ mariam ⁊ martham significate sūt. Ma-
rie pars dicta est optima. iuxta illd̄ Maria
optimā p̄tē elegit ꝛc. Non tn̄ rep̄hendit̄ ps
marthe q̄r et ipsa actiua vita bona est q̄ hic
inchoatur ⁊ terminat̄ Cōtēplatiua v̄o opti
ma est q̄ inchoat̄ hic ⁊ in futuro ꝯsūmatur.
In illa tn̄ est multa varietas in ista vnifor-
mitas p̄ut in hac vita esse potest Antipho-
ne ergo cū psalmis q̄ cantāt̄ in pasca p̄tinēt
ad vitā actiuā. ⁊ idcirco in eis est varietas.
Antiphone v̄o et psalmi q̄ cātant̄ in pente.
p̄tinent ad ꝯtemplatiuā vitā. ⁊ ideo in eis ē
vniformitas. In p̄ma enī antiphona que
in pasca cantat̄ dicit̄. Et ꝯsiliū meū nō ē cū
impijs. Hic d̄r Fact⁹ est repente de celo so-
nus ꝛc. Spūs seu vent⁹ veniens solet pul-
uerē a facie terre deijcere. Magna enī est dif
ferentia inter donū spūssancti. q̄ separantur
fideles ab impijs. et donū quo omnis pul-
uis terrenaꝝ cognitionū a pectore hūano
tollit̄. Illud ad actiuā vitā p̄tinet hoc ad cō-
templatiuā. In secunda ibi d̄r Postulaui
patrez meū ꝛc. Hic v̄o d̄r Confirma h̄ deus
ꝛc. Ad oēs quidē fideles p̄tinet esse d̄ heredi-
tate dn̄i sz ad paucos p̄tinet esse a terrenis
cogitationib⁹ sep̄atos. ⁊ in hoc ꝯfirmatos
ne ad terrena redeant sed p̄ ꝯuersationē esse
ī hierusalē celesti. ⁊ ibi all̄a cantare nō cessēt.
q̄d hic petitur. In tertia ibi dicit̄. Ego dor-
miui ⁊ somnū cepi ꝛc. hic d̄r. Emitte spiritū
tuū ⁊ creabūt̄ ꝛc. Oēs fideles ⁊ boni a vicijs
resurgūt vel resurrexerūt. sicut xp̄s a mortu
is resurrexit quod ibi dicit̄. hic vero in pau-
cis renouatur facies terre. id est ratio ani-
me q̄ sit ab omni puluere terrenoꝝ desideri
orum immunis. Ibi ergo. hoc ē. in vita acti
ua que ibi ostenditur est inchoatio. hic au
tem hoc est incontemplatiua que hic ostē-
ditur est p̄fectio ⁊ consummatio. Ibi varie
tas. hic vniformitas. Et p̄pterea ibi varian
tur antiphone et psalmi. hic non. Propter
hac consummationē et vniformitatem no-
tandam antiphone sunt octaui toni ⁊ eius-
dem differentie. quia octo sūt beatitudines
quarum octaua redit ad caput. Nam in p̄
ma dicit̄. Beati paupes spū. quoniā ipsorū
est regnuz celorum. et in octaua. Beati qui
p̄secutionē patiunt̄ p̄pter iusticiam q̄niam
ipsorum est regnū celorum. Propter hāc
eandem ꝯsummatōnē notandā. in q̄busdā
eccl̄ijs celebratur octaua pentecostes. Per
hos quoq; septem dies tres quotidie legun
tur lectiones vt septem frēs tres p̄curent fo
rores. id est septem dona spūssancti p̄ illos
significata. tres virtutes scz fidem spem ⁊ ca
ritatē. p̄ut gregorius p̄sequit̄ in moralibus
Hoꝝ enī dierum officia septem donis spiri
tussancti adaptantur Hesternum igit̄ ⁊ ho
diernum officium p̄tinent ad sapientiam ⁊
intellectū vt ex operibus patet. Per totam
etiam septimanā sunt solennitates sernan-
de Dicitur enim gloria in excelsis. alleluia.
credo. ita missa est. ⁊ te deū laudam⁹. prout
in sequenti ti. dicetur. Dicitur etiam ad ho-
ras capitulum. Dum complerent̄. Actuū
ij. Et illud. Spiritus domini. sap̄. j. c. Et illd̄
Caritas dei. ro. v. Sequit̄ videre de offi-
cio misse et quidem in die pentecostes cele-
bratur festum de aduentu spūssancti. visibi
lit̄ enī tūc descendit in discipulos et fuit hoc
miraculū ⁊ argumentū q̄d non potuerunt
calumniari iudei. Resurrectionem enim ⁊
ascensionē calumniabant̄. sed hoc nō potu
erunt facere de aduentu spūssancti. quia ex
omni natione que sub celo est cōuenerant
ad diem festū. ⁊ tunc descendit spūssanctus
visibiliter in discipulos. sicut christus p̄mi-
serat. et loquebant̄ omnibus linguis coraz
omnibus. Et ideo incipit introitus sap̄. j.
capitulo Spiritus domini repleuit orbem
terrarum. id est ecclesiam. que dicitur orbis

terrarū Sicut enim extra orbem terrarum
nil viuit ad literam sic extra ecclīam nil vi-
uit spūaliter Sequitur. Et hoc qđ continet
oīa id est spūssanctꝰ cuiꝰ bonitate oīa subsi
stunt. hz scientiam vocis. id est linguaꝝ. Et
ita potuit dare et dedit aplis vnde ꝯfusi sūt
inimici xp̄i. Et iō sequit̄ v̄sus. Exurgat deꝰ
et dissipent̄ inimici eius. Per spūm sanctū
enī omnes demones ꝯpelluntur et eijciuntur.
Rursus impleuit orbē terrarū aplos in
ebriauit. quoꝝ sonꝰ in omnē terrā exiuit. de
quo sono d̄r in epl'a. Factus est repente de
celo sonꝰ. Et quoniā orbis terre ꝑ quattu-
or climata separat̄. ideo quater in introitu
all'a concinit̄. Duplex v̄o all'a qđ post epl'aꝫ
canitur significat duplicandā leticiā vel spi
ritū sanctū bis aplis fuisse datū scz de terra
et de celo. vel eos spū ⁊ mente psallentes. vel
duoꝝ ꝓpl'oꝝ ꝯuersionē. Et hoc qđ continet
oīa sciam habet vocis id est nouit qua men
te quisqz loquebat̄. vel habet scientiam om-
niū ꝑ que ⁊ de quibus potest vox humana
variari. vel sciam vocis. i. vocē scientie ha-
bet id est facit nos habere. vt que ipso inspi-
rāte apli ꝓferrent cū intelligentia ꝓnuncia
rent. Et nota q̄ spūssanctus paraclitꝰ dicit̄
qđ v̄bū grece latine sonat aduocatꝰ. qđ no-
men et filio ⁊ spiritui sancto ascribit̄. Unde
dn̄s in euangelio Rogabo patrē meū et ali
um paraclitū dabit vobis Et iohannes in
euangelio. Aduocatū habemꝰ apud prēm
iesum xp̄m iustū. Dicit̄ etiā paraclitꝰ ꝯsola
tor. Nam paclisis grece d̄r latine ꝯsolatio.
Postmodū sequit̄ epistola de actibꝰ aplo-
rū. ij. ca. Dū ꝯplerentur dies pentecostes. di
es scz quinquaginta a resurrectione. Sic enī
quinq̄gesima die a pasca fiebat pentecostes
iudeoꝝ. ita et nostrū fit. et sicut ꝓplus israel
q̄nquagesima die ab immolatone agni pa
schalis siue a pasca. qđ celebrauerūt ī rama
the. venerūt ad mōtē dei oreb vel choreb vel
sinay. qđ idē est. et tūc legem acceperūt. ita et
die q̄nquagesimo a resurrectione dn̄i datꝰ
est spūssanctus discipulis in supiori cena-
culo illiꝰ aduentū expectantibus. Precipit̄
enī leuitici. xxiij. vt in die penteco. offerantur
noui panes scz ꝓpositionis de nouis frugi
bus. ꝑ qđ significat̄ q̄ debemꝰ deo grās age
re. ex eo q̄ eadē die dedit nouam legē ꝑ spiri
tū sanctum. in qua die data est lex vetꝰ scilicz
q̄nquagesima die a pasca. de quo dicet̄ in ꝓ
hemio septime ꝑtis. De dono cuiꝰ debemꝰ
laudare deū. qđ est offerre panē nouū. q̄ eti
am lex vetꝰ spūaliter ītellecta noua est. Et at
tende q̄niā agnus īmolatꝰ est decima q̄rta
die aprilis. lex v̄o data est q̄rta die mensis ter-
cij. Dicit̄ tn̄ esse data tertia die. Jam enī vt
inq̄t scriptura aduenerat tertia dies. ⁊ ma-
ne īclaruerat. ⁊ ceperūt audiri tonitrua Die
nanqz tertio descendit dn̄s noster sup mon
tem ad dandam legē. et moyses ascendit ad
deum. ⁊ descendens narrauit omnia plebi.
maneqz rursus ascendēs duas tabulas scri
ptas accepit. Et caue vt in secundo mēse tri
ginta dumtaxat ꝯputes dies. Scđm lunaꝫ
ergo sedecim in mense p̄mo. xxx. in secundo
⁊ quattuor in tertio faciunt quinquaginta
Rursus in q̄nquagesimo anno erat iubile
us. qui interpretatur remissionis annꝰ. qui
septenis annorum hebdomadibus. i. qua-
draginta ⁊ nouem annis texit̄. in quo clan-
gebant tube ⁊ omnia debita remittebātur.
serui manumittebātur. ⁊ libertas ꝯcessa cō-
firmabat̄. ātique possessiones alienate. om-
nibus restituebātur. vt dictū est sb̄ domica
quinquagesime. Silr̄ in diebus pentecostes
hūc numerū post domini resurrectionē ob
seruamꝰ. suscipientes aduenientem in nos
spiritussācti gratiā. ꝑ quā efficimur filij dei
⁊ virtutū possessio nobis restituit̄. ⁊ remissa
culpa ⁊ totiꝰ debiti cyrographo euacuato
ab oī seruitutis nexu liberi efficimur. Pre-
terea iste numerus q̄nquagesimus resultat
ex septenario numero ducto in seipso sup
addita vnitate. Septem eī sūt hebdomade
a pascha vsqz ad pētecostē. et ita competēter
quinquagesima die a pascha est pētecostes
in quo datur spiritussanctus cuius dona
sunt septem que dant̄ ab vno. Judei enīz se
ptenarium numerū nō sine figura in omni
bus obseruant. ꝓut dictū est sub q̄nquage-
sima. Ascensio autez facta fuit q̄dragesima
die. qui est numerus pn̄ie. et hoc competēs
fuit. quia ꝑ pn̄iam homo fit similis deo. et

hoc est ascēdere. Sed videt̄ q̄ sicut iudei ab
īmolatione agni tipici q̄nquaginta dies cō
putando ibi faciebāt suū pentecosten. ita et
nos q̄nquaginta dies ab īmolatione agni
deberem⁹ ꝯputare. ⁊ sic deberem⁹ nostrum
pentecosten facere ī die veneris. anteqū mō
facim⁹. qd̄ docet ꝯputatio. Ad hoc dicim⁹
q̄ nō faciebant ꝯputationē ab īmolatione
agni. sed a sequēti dn̄ica Vn̄ legit̄ leuit̄. xxiij
Numerabitis ab altera die sabbati. i. a dn̄i-
ca que est altera dies post sabbatū. numera
bitis dico septem hebdomadas vsq̄ ad al-
teram diem septime hebdomade. Hoc dixit
spūssanctus ꝑ moysen. innuens ꝑ hoc pēte
costen xp̄ianoꝝ qd̄ semꝑ est in die domica.
Dicit ergo lucas de hac die. Dū ꝯplerētur
dies pentecostes. erant omnes discipuli pa
riter in eodem loco. i. in ꝯsona et ꝯcordi vni
tate. Et factus est repente de celo son⁹. q̄ exi
stentibus in pn̄ia q̄ est ann⁹ iubile⁹ ⁊ ꝯple-
tio pētecostes. ⁊ existentib⁹ in vnitate datur
spūssanctus. sed repente. q̄ nescit tarda rerū
hr̄ē molimina spūssancti grā In igne autē
descendit. q̄ sicut ignis illumiat ⁊ inflamat
ita spūssanct⁹ illuminat ad cognitionez dei
⁊ inflamat ad amorē dei. Apparuit ergo in
linguis igneis vt facundi essent in oī gene-
re linguaꝝ. ⁊ q̄ ipse est lingua que de occul
to sue bonitatis v̄bum ꝓtulit in vterū v̄gi-
nis. ⁊ ꝓfert verbū in corde homīs Math. x.
Non vos estis qui loquimini. sed spiritus
patris vr̄i q̄ loquit̄ in vobis. Ipse enī quos
replet eloquētes facit. Sequit̄. Quasi adue
nientis spūs vehemētis Hoc aūt dicit q̄ ni
hil potuit resistere spūi sācto. nec aplis Vn̄
dn̄s in euangelio mathei. Ego dabo vobis
os ⁊ sapiam cui nō poterūt resistere ⁊ ꝯdice
re omnes aduersarij vr̄i Et de beato stepha
no scriptū est in actib⁹. q̄ nō poterāt resiste-
re sapie ⁊ spūi q̄ loquebat̄. Quia v̄o in epl̄a
dr̄. Et fact⁹ est repente de celo sonus. tanq̄
aduenientis spūs vehemētis ꝛc. ideo ad hoc
rep̄sentandū in nōnullis eccl̄ijs clangūtur
tube dū sequētia dicit̄. Venit enī spūssctūs
in spiritu vehemēti Quia sicut vent⁹ vehe
mens ꝓijcit puluerē a facie terre. sic spiritus
sanctus eijcit a corde hominis omnē terre-
nitatē. Tubis quidem vtebantur antiqui
vt legit̄ in numeris. ad multitudinē ꝯgregā
dam. ad dimicandum. ⁊ ad congratulāduz
in diebus festiuis. cum diuersitate tn̄ sono-
rum. quarum vsus fuit tante virtutis in iu
bilo vt ad crepitū siue sonū eaꝝ corruerent
muri hiericho. He siquidē sūt duo testamē
ta vel p̄dicatores. quib⁹ ad ꝓcinctū fidei po
pulus euocat̄. ad pn̄iam ⁊ lacrimabilē com
punctionem excitatur. ad laudes domino
exhibendas inuitatur. et ad mōtem sion. et
ad ciuitatem sanctā hierusalem. et multorū
milium angeloꝝ frequētiam. et ad futuruz
dei iudiciū ꝓuocatur. Et vid̄ quia in aduer
sis et prosperis tubis clangitur. quia omne
tempus cōuenit verbo dei. Vnde Benedi
cam dn̄m in omni tempe. semꝑ laus eius in
ore meo De organis dictuz ē in quarta ꝑte
sub titulo de sanctis Tūc etiā ex alto ignis
ꝓijcitur. quia spūssanctus descendit in di-
scipulos in igneis linguis. et etiam flores
varij. ad denotandum gaudium. et diuersi
tatem linguaꝝ atq̄ virtutū. Columbe etiā
per eccl̄am dimittuntur. in quo ipsa spūssā
cti missio designat̄ Post epl̄az dicit̄ gradua
le in quibusdam eccl̄ijs quia festum pasca-
le terminatū est. Tamen in quibusdā alijs
dr̄ duplex all̄a. q̄ spūssanctus dator est ge-
mine stole. Euangeliū. Si quis diligit me.
ioh. xiiij. c. manifeste est de spūsancto. Post
cōmunio est Fact⁹ est. act. ij. c. Quare hoc
festū celebrat̄ a iudeis. ⁊ quare a xp̄ianis di
cet̄ in ꝓhemio septime ꝑtis.

De secunda feria.

Sequitur secūda
feria in qua ostendit̄ q̄ nō tan-
tummō data est lex iudeis. sed
etiaz gentib⁹. Vnde introitus est. Cibauit
eos ex adipe frumēti. id est intelligentia spi-
rituali. et de petra melle. i. melliflua doctrīa
christi qui est petra. saturauit eos. ⁊ hoc ha-
betur in epistola. Aperiēs petrus. actuū. x.
ca. in qua habet̄ q̄ adhuc loquente petro de
scendit̄ spūssanctūs. Vel frumentum xp̄s
est. cuius adeps est spūssanct⁹. quo fideles
satiant̄ cum spūsancto replent̄. qui etiam sa

tiantur melle de petra id est doctrina de xpo
pcedente in quo sunt omnes thesauri sapiē
tie ⁊ scientie dei. Hic aūt ppter pmissiones
q̄ ibi ꝯtinent̄ ꝯcinit̄ quater alla. sicut et in fe-
ria tertia ⁊ sabbato exponet̄. De hoc etiam
dictū est in tertia dñica post pasca. Alla est.
Spūs dñi. sap. j. ca. Aliud alla est Loq̄ban
tur. actuū. ij. ca. Euāgeliū vo ioh. iij. ca. non
videt̄ ꝯuenire spūsancto. sed ꝯcordat epl̄e.
Ibi eni ostendit̄ q̄ nō tantū iudeis. sed etiā
gentilib⁹ data est lex dicens. Sic de⁹ dilexit
mundū supple nō tantū iudeos. vt filiū su-
um vnigenitu⁊ daret. Et postea sequit̄. Vt
oīs q̄ credit in illū nō pereat. Et nota terri-
bile verbū. q̄ q̄ nō credit in eū iā iudicat⁹ est
Preterea p h̄ q̄ hic de dilectione mentio fit
spūssanctus qui amor est. satis exprimitur.
Postcōmunio est. Spūssanct⁹. ioh. xiiij. c.
Et est sciendū q̄ p totā hāc septimanam in
missa sūt solēnitates seruande. vt gloria ī ex-
celsis. credo. ite missa est. ⁊ te deū laudam⁹. ⁊
alleluia. vt baptizato⁊ saluti ꝯgaudeamus.
⁊ vt future leticie plēitudinē figurem⁹ Po
stremo notandū q̄ dñs nō p̄dicauit genti-
bus p se. sed p apl̄os. Vñ Ite baptizate eos
in noīe patris et filij ⁊ spūssancti. sicut ysaac
iuniori filio suo nihil precepit de offerendo
sibi cibo. vt bñdictōnē accipet. s⁊ p opationē
rebecce p̄matū benedictionis accepit. ⁊ q̄a
hec facta sunt dei occulto iudicio ideo offici
um hui⁹ secūde ferie ptinet ad ꝯsiliū q̄d est
donum spūssancti.

De tertia feria

Sequitur tertia fe-
ria. Et quia spūssanct⁹ nō dat̄ nisi
p mīstros. ideo in tertia feria dicit̄ introitus
in psona p̄lato⁊ Accipite iocūditatē glorie
vestre. In quo q⁊ p geminā dilectionē ad fi
dem ptingim⁹ trinitatis. ideo q̄nquies con
cinim⁹ alla. et est sensus. Accipite iocundi-
tatē glie. i. spūmsanctū qui vos glorificabit
⁊ clarificabit. vt quisq⁊ de se dicere possit q̄d
d̄r in ꝯmunione Spūs qui a patre pcedit
ille me clarificabit. Sequit̄ epl̄a. Cū audis-
sent apl̄i. actuū. viij. vbi sequit̄. Tunc impo
nebant man⁹ sup illos ⁊ accipiebant spūm
sanctū q⁊ in impositione man⁹ dabant spi-
ritū sanctum. Euangeliū. ioh. x. ca. ꝯcordat
epl̄e vbi dicit̄. Qui nō intrat p ostiū ⁊c. Nō
eni intrat in eccl̄am qui nō intrat per eos q̄
sunt ostiū sc⁊ p xp̄m ⁊ apostolos. Nā hereti
ci nō dant spūmsanctū nisi inquātū ꝯueni
unt cū eccl̄a Et quoniā apostoli et eo⁊ suc-
cessores heresiarchas in spū fortitudinis sūt
aggressi ⁊ aggrediunt̄. ideo officiū hodier-
nū ptinet ad fortitudinē. que est spūssancti
donum Rursus spūssanct⁹ ostiari⁹ est. q̄
p ostiū introducit ad patrē. quod etiā in of
fertorio canitur. Portas celi. i. apl̄orū scri-
pturas aperiet. Postcōmūio est Spūs q̄
a patre. ioh. xv. ca.

De quarta feria

Sequitur quarta
feria in qua fiūt ieiunia q̄ttuor
temporu⁊. Apostoli nanq⁊ no-
bis exempli ieiunandi hoc tpe reliquerunt
qui post susceptū spūmsanctū sicut mētes
auerterant a ceteris mūdi illecebris sic ⁊ ab
epulaꝝ appetitu. Licet eni q̄⁊diu cū illis fuit
xp̄us nō ieiunarēt. post ablationē tñ ei⁹ spō
taneis se subdidere ieiunijs Sponso eni ab
lato eis ieiunandū erat. sicut dñs p̄dixerat.
qñ sponsus auferet̄ ab eis tunc ieiunabunt.
Vnd̄ repleti spiritu sancto sponte ieiunare
ceperūt. quocirca in p̄cedenti secūda feria
quidā estiualē inchoant q̄dragesimaꝫ. Alij
vo sanius hodiernū ieiuniū autumant esse
hui⁹ tpis quadragesime initiū. cui quidam
terminū statuunt in festiuitate sancti iohā
nis siue sex habeat hebdomadas siue non.
Tertij festiuitatē sancti iohannis includūt
et eo vsq⁊ ieiunātes sine termino p̄fixo pce-
dunt. donec senariū ꝯpleant numerū. Hāc
q̄dragesimā pbat hieronym⁹ nō esse neces-
sitatis. sed voluntatis dicens. Nos vnā fa-
cim⁹ q̄dragesimā illi tres q̄i tres passi fuerīt
saluatores. ñ q̄ p totū annū ieiūare nō lice
at. excepto pentecoste. sed q⁊ aliud est necessi
tate. aliud voluntate mun⁹ offerre. Sed h̄
dixit hieronym⁹ ꝯtra montanū hereticum
qui apud suos trib⁹ q̄dragesimis statuit ie
iunandum. Et dicit̄ hoc ieiunium estatis.

qd est ieiuniū exultatōis in q genua nō flectim⁹ imo cantica leticie dicim⁹. vt dictum est sub quarta feria tertie hebdomade aduētus Hoc aūt ieiuniū statutū est ab ecclesia in tali tpe. qr qui in se sentit grā spūssancti. leuiter et cū gaudio ieiunat. ⁊ etiam qr super ieiunantes descēdit spūssanctus visibiliter. Et iō incipit introit⁹ Be⁹ cū egredieris in ꝯspectu ꝓpli tui ꝛc. Egredit aūt dn̄s. qn̄ aliq signo visibili venit ad auxiliū hoīm. Egressus vo est cū dedit nobis filiū suū. qui venit pandens iter añ nos. vt dic̄ micheas Egressus est etiam p sanctispirit⁹ missionē qn̄ visibiliter descendit sup aplos Et qr p h̄ dissipati sūt inimici. ideo sequit vsiculus Exurgat de⁹ ⁊ dissipent inimici ei⁹ ꝛc. Sequit in quibusdā ecclijs lectio de pncipio sapientie scz. Diligite iusticiā q iudicatis terrā. Ubi ostendit qualiter poterit haberi spūssanct⁹ ibi. Spūssanct⁹ discipline effugiet fictū. Et in fine dicit Spūs dn̄i repleuit orbē terraꝝ. ꝛc. Postmodū sequit epla. Stans petr⁹ ꝛc. act. ij. ca. in qua ostendit q sup ieiunantes descēdit spūssanctus. Et ibi seqtur. Nō enī isti sūt ebrij sicut vos dicitis. cū sit hora tria diei. sed hoc est qd dixit dn̄s p pphetā iohel. Effundam de spū meo sup omnē carnem ⁊ pphetabūt filij vestri ⁊ filie vestre ꝛc. In aliis vo ecclijs dr pma lectio. Stans petr⁹. et postmodū epla. Per man⁹ aūt. actuū. v. c. Due itaqz lectiōes legunt. quia duo ꝓpli ad fidē ꝯuertuntur. vel qr ordinandi in vtriusqz testamenti pagina imbuunt. Sequitur alla. qr est ieiuniū exultationis. vt dictum ē. Et dicūt quidā Pater cū essem. ioh. xvij. c. Seqtur euangeliū ioh. vj. ca. Nemo venit ad me nisi pater q misit me traxerit eum scz p spūmsanctuz. Et post seqtur. Patres vri manducauerūt manna et mortui sunt. qui manducat ex hoc pane viuet in eternū. quia egressum est corā xpianis manna spūale. sicut ante coram iudeis tpale. sed manducantes corpale mortui sunt. q vo manducauerit spūale nō morietur morte scz icredulitatis seu gehennali. Vn̄ patet q elegantiꝰ egressus est dn̄s corā nouo ꝓplo qz coram veteri. Cōmunio est Pacem ꝛc. et est ioh. xiiij. ca.

Et attende q officiū hui⁹ quarte ferie p̄dicat sciam. que est donū spūssancti. qui vsqz adeo sanctos illuminat q de quinqz libris moysi paucisqz pphetaꝝ scripturis librorū copia creuit. qd mistice innuit nobis euangelium de quinqz panib⁹ ⁊ duob⁹ piscib⁹ qd hodie in quibusdā ecclijs legit.

De quinta feria

Sequitur quinta feria. que sm aliquas ecclas n̄ hz introitū ꝓpriū. sed qr dn̄s descendit in die dn̄ica p missionē spūssancti. ⁊ qnta feria ascendit in celū. ideo diei dn̄ice ⁊ quīte ferie ꝯmunis est itroit⁹. A dominica ergo mutuat. nec habet ꝓpriū. vt a sabbato in sabbatū septē dūtaxat sint officia septem donis spūssancti deputata. Quidaz tn̄ ⁊ huic officio mutuato. nō incōgrue donū ascribunt hmōi ascriptōnes nō a sabbato sed a dn̄ica facere incipientes. In dn̄ica etenī ponunt spūm sapie. In secunda feria intellect⁹. In tertia ꝯsilij. In quarta fortitudinis Et ī hac quīta spūm scientie. qui dat scrutari pfūda sicut cantat in alla. Spūs omnia ꝛc. In qbusdā vo ecclijs cantatur introit⁹ qui in sequenti dicitur feria scz. Repleat os meum laude tua. Alique vo ecclie hn̄t ꝓpriū officium scz. Deus patrū nostroꝝ da nobis spiritum gratie ꝛc. in quo ecclia orat filijs dari spūmsanctum ad remissionē peccatoruz. et ad facienda miracula. Et quia p spūmsanctum fiunt miracula. ideo habetur in epistola. Philipp⁹ ꝛc. que est actuū. viij. ca. q philippus multos claudos sanauit. et spūs immundos eiecit. et factum est gaudium magnum in illa ciuitate scz samarie Et qr p spiritū sanctum omnia ista fiūt. ideo sequitur euangelium. luce. ix. cap. Conuocatis iesus xij. discipulis suis dedit eis potestatē super omnia demonia. Et post Non feretis vgaz neqz peram ꝛc. Que fieri non possunt nisi spūssancti abundantia habeatur.

De sexta feria

Sexta feria est introitus. Repleatur os meum

laude vt possim cantare alla. qr qui gaudet ore et corde pt ieiunare ieiunio exultatiōis Et qr est dies veneris in qua passus est dominꝰ ⁊ dies spūssancti. ideo dicit petrus in epla. Apiens. act. ij. ca. q̄ in quibusdā ecclijs legit. q xp̄us suscitatꝰ est a spūsancto. Vñ ibi habet. Suscitauit iesū solutis doloribꝰ inferni. sicut scriptū est. Nō dabis sanctum tuū videre corruptionē. i quo significata ē illa spūssancti opatio qua sinagoga nunc mortua. pietate resurget postq̄ plenitudo gentiū eadē introierit pietate. Predicat ergo h̄ officiū pietatē. Posset etiā ptinere ad spūm timoris. p eo q dicit in euangelio Et repleti sunt timore ꝛc. In q̄busdā ecclijs legit lectio. Exultate filie sion. que est ioel. ij. c. Et qr p spūm sanctū fiūt miracula. sequitur euāgeliū Factū est. luce. v. ca. de paralitico sanato. Et qr ppter hoc dz laudari dñs. sequitur offertoriū. Lauda aīa mea dñm. Communio est. Spūs vbi vult spirat. ioh. iij.

De sabbato

In sabbato est introitus. Caritas dei diffusa est in cordibꝰ nr̄is ad romanos. v. ca. ⁊ ꝯpetit spūisancto qui est caritas et etiā diei sabbati qr in sabbato future quietis maxīe diffundet vt q̄ ignicul⁹ est in sion caminus sit i hierlm. Et sequit vsus. Bñe deꝰ salutis mee. in die clamaui ⁊ nocte corā te. Ille eniz in quo diffusa est spūssancti grā laudat deū in psperis ⁊ in aduers. Sequit epla Justificati ꝛc. adro. v. capi. in qua habet de h[illegible] diffusione. Qr eni caritas dei diffusa est nō pmittit eā paul⁹ intra fines terre pmissiōis tantū coartari. imo ostēdit q nō tantū iudeis verū etiā gentibꝰ datꝰ est spūssanctus dicens ipsis iudeis. Vobis optebat primū p̄dicari. Sed qr repulistis verbuz dei ⁊ vos īdignos fecistis vite eterne ecce ꝯuertimur ad gentes. In alijs vo ecclijs dicit epla. Cōuenit vniuersa ciuitas ꝛc. actuū. xiij. Quia ergo gentibꝰ datꝰ est spūssanctꝰ ideo sequit alla. Laudate dñm omnes gentes In hoc eni ieiunio nō tacent cantica leticie ppter reuerentiā festi. nec scdm niceñ. ꝯciliū. genua flectimꝰ sed stantes oramus ppter neophicos gaudētes q a pctis surrexerūt. In alijs ecclijs dr Repleti sunt omnes. act. ij. c. ⁊ spiritus dñi ornauit celos. iob. xxvj. c. Postea sequit euangeliū Surgens iesus. luce. iiij. c. de socru petri sanata. que significat sinagogam. que sanata est a petro ab infidelitate. ⁊ pfectiꝰ p fidē ipsiꝰ sanabit in futuro. et sic ꝯuenit cū epla. Fiunt autem hac die ordines qr sup ordinandos descendit spūssanctus ⁊ etiā sup ieiunātes. ⁊ ideo dicūt q̄ttuor lectiones ante lectionē daniel. put dictū est sub q̄rta feria tertie hebdomade aduentꝰ. Prima est de pncipio libri sapientie. in qua ostenditur quibꝰ dat spūssanctꝰ ⁊ quibꝰ nō. scz illis qui sentiunt de dño in bonitate. ⁊ in simplicitate cordis querūt illū. In alijs vo ecclijs pma est de ioele. iij. ca. Effundā de spū meo sup omnē carnē. qr sicut spūssanctꝰ sup apostolos descendit visibilit. ita sup ordinādos descendit inuisibiliter. Secunda est Locutus est. que est leui. xxiij. ca. Tertia est Dixit moyses. que est in deut. xxvj. ca. Quarta est Dixit dñs ad moysen. que est leuit. xxvj. ca. Offertoriū est. Intonuit dñs. Post cōmunio vero. Nō vos relinquā. d effusione spiritussancti loquit. Potest etiā dici q h̄ officium figurat duoꝝ ꝯcordiā ꝓploꝝ iudei videlicet ⁊ gentilis. Hi sunt duo ceci de quibꝰ dr in euangelio q sūt illuminati a xp̄o Deq̄ ꝯcordia loquit paulꝰ i epla ad iudeos ⁊ gētiles dicēs Justificati ex fide pacē habeamꝰ ad deū. p dñm nostrū iesum xp̄um. Sed qr pax aut concordia vera non fit nisi per caritatem. ideo precinit in introitu. Caritas dei diffusa est. in quo ter ponit alleluia. quoniam ad fidez trinitatis puenitur p obsequia caritatis. Lectiones etiam ad ieiunium ptinentes attestant opationem ⁊ gratiam spiritussancti. vt prima. Effundam de spiritu meo. Et secūda Locutus est. vbi dicit. Numerabitis septem hebdomadas vsq̄z ad alteram diem expletionis hebdomade septīe. presentem intelligit festiuitatem. que oliz dicebatur festiuitas hebdomadaꝝ. Et qr postq̄z gētes intrauerint reliquie isrl saluabunt ideo nunc flentibus et sponsum expectanti

bus dicit dominꝰ in postcōmunione. Nō vos relinquā orphanos. Qz igit̄ hec cōcordia fiet imminēte die iudicij. q̄ etiam electis erit causa timoris. ideo hoc officiū ptinet ad timorē. vel quia timor introducit caritatem licet caritas foras mittat timorē. Et attē de quia secūdū augustinū in ordine istorū officiorꝫ descendēdo ꝓputamꝰ. In ordine vo paschaliū ascēdendo. qz p hec descēdꝫ spiritus sanctꝰ ad nos. p illa noster ad ipz significat ascēsus. Et caue. qz p̄ter p̄missa officia ad ieiunū ptinētia que in quarta z in sexta feria z in hoc sabbato exposuimꝰ. alie quidē lectiones z euāgelia in eisdē diebꝰ inueniunt̄ q̄ forte solennitati magis aptꝫ opponūt̄ re videt̄ tamen hec z illa gratiaz spūssancti psonāt et oratiōnē. Unde q̄dam hodie nō incōgrue duas missas celebrāt. Una in tercia de festo cum gl̄a in excelsis. z credo. Aliam in nona de ieiunio sine gl̄a in excelsis in qua sūt clerici ordinādi. qui merito i hac hebdomada ordināt̄. vt spūssancti dona capere mereantur Et memēto q in hac die terminat̄ quinq̄gesima. et ideo hodie frequētatur z cantatur p graduali alla. nec flectūt genua. ptinet ei ad octauā. Generale q̄dem est. q quotiens i die de tempore gratie materia laudis assumit̄ aut dies ad octauā referꝫ. genua non flectimꝰ. sed in orationib⁹ statēs collatam nobis gratiaz et cōferendā gl̄am pfitemur vt cū olim eēmus serui curui. nūc fracto iugo incedamus erecti. vt in dominicis diebꝰ in sanctoꝝ natalicijs z paschalib⁹. inclinare tm̄ capita possumus. vt mulieres deotas ad monumētū veniētes imitemur ꝛc.

De octaua pentecostes.

In plerisqz locis in octaua penteco. fit festū sancte trinitatis. Idq̄ stqz enī celebrata ē festiuitas patris in natiuitate. qz natiuitas dicāt̄ festiuitas patris. et postqz celebratum est festū filij in pascha. z festum spūssancti j missione ipsius. merito in octaua pente. fit festū eoꝝ simul. festū scz trinitatis. vt ostēdatur q tres psone sit vnus deꝰ. Et hec cē ꝓma causa quare celebrāt festū trū psonaꝝ deinaꝝ sit. Secūda cā est. qz ad inuocationē sancte trinitatis dat̄ in baptismo spūssanctꝰ vt premissū est. Tertia causa ē vt ostēdat ecclesia filijs suis illū a quo sunt oīa bona cuiꝰ habet imaginē. z cuiꝰ debet habere similitudinez videlicet dei z sancte trinitatis. quā semper laudare debemꝰ. Et qz tota intentio est laudare ipsū. ideo in quibusdā ecclijs in singul' antiphonis laudū ꝓponit̄ vsicul⁹ qui laborem significat. ad ostendendum q toto labore totoqz nisu debemꝰ nos vertere ad laudandū deū z sanctam trinitatē. Et eodē mō fit i quibusdā ecclijs in festo beate marie in antiphonis laudū. qz ipsa se totā vertit in laudem dei. Un tūc in euāgelio dr. Maria autē ꝑseruabat oīa vba hec ꝓferens in corde suo. Et q ipsa ꝓuilegiata fuit in vginitate. ipsa eī ē vgo vginū. In antiphonis quoqz de beato laurentio z de beato paulo z de beato stephano ꝓponunt̄ quidam vsus antiphonis ad maiorē laborē notandū quē in suis martirijs sustinuerūt. Beatꝰ eni laurentiꝰ grauiꝰ ceteris passus est Un beatꝰ sixtꝰ dixit ei. Ne dalmatā tibi debeāt̄ p ꝛpi fide certamina. Beatꝰ vo paulus plꝰ ceteris laborauit ꝓdicando. Et beatꝰ stephanꝰ p ꝛpi fide primus martir extitit. Sed in hoc est differentia. qz in nocturnalib⁹ antiphonis tantum de beato laurentio p̄mittūt. qz passio sua de nocte ꝓsummata est. Und dixit Nec nox obscurū nō habet Et iterū. Mā est iniuenta in me iniquitas. Et ita apparet q totus fuit sacrificiū laudis Un semp dicebat. Gras tibi ago dñe. Nec dalmane vo corpꝰ eiꝰ fuit conditū z ideo tantū nocturnalib⁹ et nō laudiz antiphonis vsiculi ꝓponunt̄. Rursus qa vsus laborem et boni operis fructuz significant put tactum est in ꝓhemio quinte ptis merito i dictoꝝ sanctoꝝ natalicijs spēaliter p̄mittunt̄ antiphonis. ad notandū q ipsi excellentius labores z bonoꝝ opum fructus suis natalicijs z martirijs p̄miserūt. In q̄busdā tamen ecclijs antiphone de martirio beati petri ꝓpositi ꝓponunt̄ vsiculis. ideo quia ipse petijt vt in cruce caput suū ad terram verteret. Hoc ā versus trophi vocāt̄ quasi laudes ad antiphonas cōuertibiles.

Trophos enī grece ꝙuersiō dicitur latine. Quia ergo semp sanctam trinitatē laudare debemus. ideo admittit dicitur introitus. Benedicta sit sancta trinitas. quē alcuinus sumpsit de thobia. xij. Postmodū seqtur epistola de apoc. Vidi ostium apt̄z in celo. ⁊ in circuitu sedis. id est ecclie que est sedes dñi. mare vitreū. id est baptismū. in quo summergunt omnes egiptij. id est oīa pcta. Et nota quia dicit mare vitreum, ppter corporis fragilitatem ⁊ pspicuitatem quā recipit in baptismo. ⁊ est in circuitu. q̄ ad ecclesiam venire nō possumus nisi p baptismū. Sequit. Simile cristallo. q̄ qui prius erāt aque fragabiles. fiunt p gratiā in baptismo acceptam firmi sicut cristallus. que fit ex aq̄ congelata ⁊ diuturno gelu in naturam lapidis ꝙsolidata. Et hec est vna causa quare in hac die legit hec epla. q̄ in ea dicit de baptismo. in quo p inuocationē trinitatis dāt̄ septem dona spūssancti Secunda ratō est. quia in ea inuitamur ad laudes trinitatis. cū ibi sequit q̄ aīalia plena oculis ante ⁊ retro. i. plati dabant gloriā et honorē ⁊ benedictionē sedenti sup thronum viuēti in secula seculoꝝ Sedens aūt sup thronū est deus trinitas. Ibi sequit Et procidebāt. xxiij. seniores in facies suas. mittentes coronas aī eū hoc significat q̄ oīa bona nostra debem⁹ attribuere ei. atz omne illud ex quo meremur coronā. Sequit Et nō habebant requiē dicentia. Sanct⁹. sctūs. sanct⁹. Et ideo in itroitu ⁊ in alijs officijs totiens repetit. Benedicta sit sancta trinitas. Et ppter hoc respōsorium siue etiā graduale q̄ dō rñdet epistole. Bñdictus es dñe qui intueris abyssos. daniel. xij. c. Versus. Benedicite deū celi. thobie. xij. ca. Et alla. Bñdict⁹ es dñe de⁹ patrū nostroꝝ. Et offertoriū Bñdictus es domine Et post cōmunio. Bñdicim⁹ deū celi ⁊c. thobie. xij. ca. Euangeliū est. Erat homo ex phariseis nichodem⁹. i. quo habet de baptismo q̄ inuocatōe sctē trinitatis sctificat baptizatos In alijs vo ecclijs dr epla. Gaudete perfecti. que est ad corinth. vlt. c. Et in alijs dicitur. Vidi hostium q̄ est apoc. iij. Et euangeliū. Cum venerit paclitus ioh. xvij. capi.

Sciendū est q̄ historias de sancta trinitate ⁊ de inuentione sancti stephani cōposuit scūs stephan⁹ laudicen. Rursum cū atlarer qui xp̄ianos psecut⁹ est vere oīa volumina xp̄iane religionis destruxisset alcuinus magister karoli ⁊ ludouici filij ei⁹ rogatu bonifacij archiepi moguntiñ. multa de ecclesiasticis officijs ꝙscriplit. Unde et moguntinen. concilia ꝙbante instituit q̄ a festo pasche vsqz ad dñicam istā tres tantū dicerentur lectiones. ⁊ hac die de trinitate cantari vsqz ad dñicam sequentem. et tunc incipere Bñe i tua miserecordia ⁊c. ⁊ ꝙposuit officiū de trinitate. videlicet rñsoria. antiphonas missam et sequentiā. que oīa obtulit alexandro pape. Ille vo rñdit nō esse celebrandū festū de trinitate sicut nec de vnitate. Iam singulis diebꝰ fit festū trinitatis ⁊ vnitatis quia semp dicitur. Glia patri ⁊ filio ⁊ spūi sancto. Et p̄missas historias ⁊ officiū nō admisit. Verū sū pueniente hereſi arriana fere fuit fides trinitatis extincta. Sed hylarius eusebi⁹ et ambrosi⁹ restituerunt. Consensit igitur ea dē de causa gregorius magn⁹. vt de trinitate specialia cantaremus et ecclias in ipsi⁹ honorē edificarem⁹. Errant ergo ē q̄ de historia trinitatis inuenit varia ꝙsuetudo Alij nanqz nō vtunt ea. sequētes reprobationem alexandri pape. sed in qualibz dominica ab octaua pentecostes vsqz ad aduētum cantant in nocturnis nonū responsorium de trinitate. nisi festū aliqd impediat. vt eā ꝓfiteant p quā saluant. ⁊ in missa cāt̄ alla eam hilariter ꝓfitentes vt dictū est sub quarta pte sub titulo de alla. Alij vo vtunt ea cantantes eā in hac ꝑma dñica. sequētes ꝑmā institutionem alcuini. Alij ponit eaz in fine tpis declinationis scz in vltima dñica videlicet aī dñicam de aduentu. sequentes vltimā approbatōnē gregorij. Romani ergo nunqz celebrant festuz de trinitate. nec etiam has octauas faciunt. Sed in ꝑma dominica post pentecosten incipiunt historiam. Ipse preparate seu deus oīm Alij vo celebrant hodie de octaua scz de spūsancto ⁊ ponūt eādem eplām. et idem gō p̄dictum⁹. euāgeliū. ꝓpter baptismatis sacramentum. cete

ris obseruatis sicut in die penteco. celebrant
aūt octauā ad diminuandā pfectionē vel cō
sūmationē opum spūssancti. Per septē enī
dies opatio gratie septiformis. i octaua vo
ꝯsūmatio declarat. Et quoniā octaua redit
ad caput. ideo oīa sicut in die festo. a vespa
in vespam in ipsis vespis ⁊ ī trib⁹ nocturna
libus psalmis obseruāt. De his octauis di
cit augustin⁹. Celebrationē octauarꝫ feriarꝫ
noui homines celebram⁹. Baptism⁹ neo
phicorꝫ licet in sabbato pagat ad illū tamen
baptismū ptinet quē apli susceperūt in die
pente. cuius octaua dies est dñica sequens
Qui vo ponūt historiā. Preparate seu de
us oīm. melius faciūt qꝛ romanā sequunt
ecclīam. nostre pegrinationis recolentes et
pcurrentes historiā. Nā p septuagesimā si
gnificamus expulsionē generis humani de
patria paradisi. p q̄dragesimā seruitutē po
puli sub pharaone. p pascha īmolationem
agni. p quadraginta dies paschales q̄dragī
ta annos in deserto. p rogationes terre pro
missionis ingressionē. p septē dies penteco
stes ī quib⁹ septē dona diuidunt terre date
diuisionē. p tempus qd ab hodie sequit sig
ficam⁹ populi afflictionē ⁊ gubernationez
factam p iudices ⁊ reges. ideoqꝫ legunt q̄t
tuor libri regū. put in sequēti ti. dicet

De prima dominica
post pentecostes.

Hic dicendum re
stat de pma dominica post pen
tecostes. que est vna de pncipalibus dñicis.
Et incipit hic quartū temp⁹ scꝫ pegrinatio
nis qꝛ sum⁹ in via veniendi ad patriā. Sꝫ
quia hostes habem⁹ priusq̄ꝫ illuc peruenia
mus scꝫ carnē mundū ⁊ dyabolū. ideo legit
de libris regū. in q̄b⁹ agit de bell' ⁊ victoriis
vt inuitemur ad pugnandū fortiter contra
hostes ut victoriā habeam⁹ sicut iudei de
philisteis. ⁊ tandem gloriemur ī celis qꝛ nō
est nobis tantum lucta aduersus carnē sed
etiā aduersus aereas potestates. Vñ pmo
dicim⁹ in vespis Bñdict⁹ dñs de⁹ me⁹ ꝛc.
Et historia est. Deus omniū. seu sm roma
nos. Prepate Sed quia bellū sine discretio
ne nō bñ geritur. ideo sequenti tpe subiun
gunt libri salomonis Itē qꝛ insurgunt vi
cia. contra que necessaria est patientia. ideo
subsequenter subiungit historia de iob. Re
cte ergo inuitamur ad pugnā. qꝛ postq̄ꝫ di
gni sum⁹ in numero iustorꝫ haberi p librū
numeri iam plectū. ⁊ in statu pfectionis p
nouā legē scꝫ p deuteronomiū in quo habe
tur Diliges dominū deū tuuꝫ ex toto corde
tuo et ex tota anima tua. ⁊ sum⁹ sub iesu per
librū iosue. ⁊ sub iudicibus. id est sub plātis
p librū iudicū. ⁊ sum⁹ sine acceptione perso
narꝫ p librū ruth que fuit moabitis. restat tā
tum pugnare. q̄ tūc magis temptat diabo
lus. et sic ordinant libri regū ī quib⁹ tractat
de bellis ipsorꝫ ad alios libros. Adaptātur
etiā et aliter pme q̄ttuor dñice q̄ttuor libris
regū. put dicet sub quarta ⁊ sub septīa ⁊ sub
decimaq̄nta dñicis. Legunt aūt in tali tpe
⁊ post missionē spūssancti. et post festū sācte
trinitatis. qꝛ qñ accipim⁹ grām spūssancti.
ex tunc sum⁹ similes deo. ⁊ p hoc filij sum⁹
sūmi regis ⁊ p ꝯsequens sum⁹ reges. Vnd
in apocalipsi Fecit nos regnū ⁊ sacerdotes
deo ⁊ patri suo ꝛc. Et petr⁹ ī canonica Vos
estis gen⁹ electū regale sacerdotiū ꝛc. Ergo
cū simus reges. ⁊ habeam⁹ aduersarios. nō
restat nisi vt regnū nostrū defendam⁹. qꝛ ex
hoc nobis inuidet dyabolus. qꝛ ad illud re
gnū sum⁹ assumpti vnde fuit ipse deiectus
⁊ ideo nobis grauis imminet pugna Nem
pe ostendit nobis dauid in exemplū q̄ vicit
p humilitatē ⁊ p iocunditatē mētis ⁊ vnct⁹
fuit ter. Primo a samuele in bethleem in si
gnū regni Secūdo sup domū iuda in regē
tribus iuda. a viris iuda in ebron. Tertio
iterū in ebron. et in ꝯfirmatione regni super
totum israel. Similiter nos si bene pugna
bim⁹. ter inungemur. Primo in baptismo.
in signū regni. Secūdo ī ꝯfirmatione Ter
tio in paradiso qñ regnū nostrū ꝯfirmabitur
Saul etiā nobis pponit in exempluꝫ qui p
inobedientiā amisit regnū. Vñ nō sim⁹ in
obedientes sicut ipse fuit. ne pdam⁹ regnuꝫ
eternū. Dauid aūt fuit humilis in oīb⁹ opi
bus suis. qd patet. qꝛ cū luderet coram arca
dñi indut⁹ ephot lineo depositis regalibus

vestibus despexit eū michol filia saul dicēs ei. q̄ nudat⁹ fuerat sicut vn⁹ d̄ scurris Et ille rn̄dit Ludā et vilior fiam ante dn̄m qui elegit me ꝛc. Item qn̄ venit ad eū nathan ꝓpheta ⁊ redarguit eum de pctō suo publice penituit. Item iocunditatē mentis habuit et oīa bona a se facta ad deuz retulit. Vn̄ de eo cantat eccl'a Preualuit dauid ī philisteū in funda et lapide in noīe dn̄i. Ecce exultatio in deo. Non eni cōfidebat in se. Funda dauid est p̄dicatio. ꝑ quā fundā p̄dicatōis eijcit dyabolus de cordib⁹ hoīm cū ꝑ duraz. rep̄hensionē incutit timor et ꝯcipit penitentia. Lapis v̄o dura rep̄hensio est. Quia ergo hm̄oi victoria habet ꝑ humilitatē. iō ad missā incipit introitus. Dn̄e in tua misericordia speraui. ecce humilitas dauid. exultauit cor meuz. ecce mentis iocunditas. ꝑ hec duo vincit pugna. Et q̄ ille solus vincit q̄ nihil sibi sed omnia bona sua deo attribuit ⁊ sperat in eo. ideo bn̄ sequit oratio. Be⁹ ī te sperantiū fortitudo ꝛc. Postea sequit epl'a de caritate. Deus caritas est ꝛc. j. ioh. iiij. ca. q̄ ꝑ caritatē reges sum⁹. ⁊ ꝑ eā facim⁹ bona opa meritoria regni. ꝑ que regnū nostrum defēdim⁹ ⁊ ꝯseruam⁹ Vn̄ sequit. In h̄ apparuit caritas dei ꝛc. Et post Be⁹ caritas ē ꝛc. Ibi etiā ostendit q̄ diligere debem⁹ deū ⁊ ꝓximū. In euangelio aūt. Homo q̄dam erat diues. luce. xvj. c. ostendit q̄ nō debem⁹ diligere diuitias. ꝑ diuitem qui induebatur purpura ⁊ bisso ⁊ ꝑ penā ei⁹. vt ei d̄r eccl's. v. ca. qui amat diuitias. fructum nō capiet ex eis. qui amat scz amore libidinoso. naturali v̄o vel caritatio potest q̄ diuites cū iusticia et opib⁹ bonis nō abijcim⁹. Habet autē in euangelio de mēdico lazaro. in cui⁹ ꝑsona incipit graduale Ego dixi dn̄e miserere mei Et sequit v̄sus de opibus misericordie Beatus qui intelligit sup egenū ⁊ paupem. id ē intelligit ⁊ p̄cogitat illud q̄d est in egeno et paupe. s. egestas ⁊ pauptas vt ei subueniat. Dicit ei gregori⁹ q̄ dēm⁹ eos vocare patronos ⁊ aīcos nr̄os. q̄ et frēs nr̄i sūt. ⁊ sic facere nobis amicos de māmona iniquitatis. ⁊ de male acquisitis. vt cū defecerim⁹ ꝑ mortē recipiant nos ī eterna tabernacula. Hoc nō fecit diues ille epulo. et quia ī aliquo noluit pauperi subuenire. ideo eū eo districtissime fecit dn̄s. vt nō posset habere guttā aq̄ ad refrigeriū lingue. Et ideo sequit alleluia Deus iudex iust⁹ fortis et patiens ꝛc. Postea sequit offertoriū in ꝑsona mendici. scz Intende voci orōnis mee. Et q̄ nō obliuiscitur de⁹ orōnes pauꝑum Sequitur post cōmunio. Narrabo omnia mirabilia tua. psalmū dicā ꝛc. in quibusdaz tn̄ eccl'ijs legit hodie euangelium Estote misericordes. q̄d est luce. vj. ca. Et est sciendū q̄ vrban⁹ papa q̄rtus statuit fieri festū de corpe xp̄i q̄nta feria post hanc dn̄icam. ꝯcedens magnā indulgentiā tam clericis officiantib⁹ q̄z populis ꝯuenientib⁹ ad diuina ꝓut in officio sup hoc ordinato habet.

De secunda dominica

Dictum est quod prima causa qua defendim⁹ regnū nostrū est caritas que dilatatur ꝑ ꝯsiderationē eternaꝝ nuptiaꝝ de q̄bus in apoc. Beat⁹ qui vocat⁹ est ad cenaz nuptiaꝝ agni. Vnde in hac scd̄a dn̄ica habet de hm̄oi cena in euangelio. luce. xiiij. ca. Homo quidā fecit cenā magnā ⁊ vocauit multos. ⁊ misit seruos suos hora cene dicere inuitatis vt venirēt ꝛc. Hora cene est ex q̄ porta paradisi apta est ꝑ ipsū Sequit Et ceperūt omnes se simul excusare. Nam p̄m⁹ dixit. Villā emi. et necesse habeo videre illaz Scd̄us dixit. Juga boum emi quinqz. ⁊ eo ꝓbare illa. Tercius dixit Vxorē duxi. ⁊ ideo nō possum venire Domin⁹ v̄o dixit ad seruū suū. Vade ꝯpelle intrare vt dom⁹ mea impleat Multos eni ꝯpellit intrare ꝑ tribulationes. Illi ergo qui vocati fuerant non venerunt. q̄ auari qui ꝑ primū se excusantem. supbi vel gulosi qui ꝑ scd̄m. ⁊ luxuriosi qui ꝑ tertium intelligūtur. hac cena se reddunt indignos. Vn̄ versus. Villa. boues. vxor. cenam clausere vocatis. Mund⁹. cura. caro. celum clausere renatis. Et quia in hoc isti se reddunt indignos. ideo dn̄s alios vocat. Quia v̄o ꝑ ꝯsiderationē huius cene dilatat caritas ⁊ q̄ dn̄s ꝓtegit habentes ca-

ritatē. ideo incipit introitus. Fact⁹ est dn̄s
ꝓtector me⁹ ⁊ eduxit me in latitudinē carita
tis. Sequit̄ v̄sus de caritate. Diligaz te dn̄e
fortitudo mea ꝛc. firmamentū meuz ꝛc. In
orōne v̄o petit caritatē. sancti nomis tui ꝛc.
In epl̄a. Nolite mirari. j. ioh. iij. ca. habetur
de vita eterna. ꝑ cui⁹ intuitū amor ꝯcipitur
⁊ seq̄tur in fine de caritate Filioli nō diliga-
m⁹ verbo neqz lingua. sed opere ⁊ veritate.
Hec est lingua dolosa. qua dicūt amatores
mundi Rogo te habe me excusatū Dicunt
etiā bonis ⁊ sanctis viris. Rogate ꝓ nobis
⁊ tn̄ venire nō curāt. Et attende q̄ ꝑmi duo
excusant se. Per primū enī supbi intelligū-
tur. ꝑ secundū oēs qui delectant̄ in q̄nqz sē-
sibus corpis. ꝑ tertiū v̄o luxuriosi. q̄ se nō ex
cusant qz nō hn̄t cor. sicut habet̄ in ozee. iiij.
Fornicatio vinum ⁊ ebrietas auferunt cor.
Magis enī absorbet hominē fornicatio q̄z
supbia vl̄ auaricia. Quia ergo vt dictū est
lingua taliū excusantiū se. dicitur linḡ dolo
sa. ideo eccl̄ia a lingua dolosa petit se libera
ri in responsorio. Ad dn̄m cū tribularer cla
maui. Et in v̄su. Dn̄e libera ꝛc. Et qz ꝑfect⁹
est qui nō peccat in lingua. ideo scd̄o tono
cantat̄ Postmodū seq̄tur all̄a sil̄r de carita
te. Diligam te dn̄e fortitudo mea ꝛc. Quia
v̄o ꝯsideratione vite eterne cōcipit̄ caritas.
visa cena petit ꝯuerti in offertorio. Cōuerte
re dn̄e. Et quia ibi cantabim⁹ vocaliter vt
ait cassiodorus sup psalmistā. oīs spiritus
laudet dn̄m. nō erit ibi tantū cena. sed etiaz
maxima solennitas Vn̄ in tren̄. j. Vie sion
lugent. eo q̄ nō sint qui veniant ad solenni-
tatem. Ideo in postcōmunione premittit
se cantaturū ibi dn̄o dicens. Cantabo dn̄o.
qui bona tribuit mihi ⁊ psallam ꝛc.

De dominica. III.

Tertia cā quare
inflamamur ad defendenduz
regnū nostrū. est cōsideratio
beniuolentie dei qua nos custodit et diligē
ter querit. Ideo in euangelio hui⁹ tertie do-
minice. Erant appropinquantes. luce. xv. c.
habet̄. Quis ex vobis hō habēs centū oues
id est angelos et homines. ⁊ si ꝑdiderit vnā
scz hominē. nōne relinq̄t nonaginta nouem
in deserto. i. in celo. ⁊ vadit querere perditaz
ꝛc. Aut que mulier hn̄s dracmas decē. s. an-
gelos ⁊ hoīes. ⁊ ꝑdit vnā. scz hominē ī quo
imaginē suā depinxerat. nōne accēdit lucer-
nā. i. naturā humanā. in qua lumē deitatis
posuit. vniendo se ei. ⁊ querit diligenter do-
nec īueniat. ⁊ cū īuenerit ꝯuocat amicos ⁊ vi-
cīos dicēs eis. Cōgratulamini mihi qz īue-
ni dracmā quā ꝑdidera. Ita dico vob̄ gau
diuz est in celis angelis dei sup vno pec. pe.
agen. Ecce quanta est beniuolētia dei erga
nos Ista beniuolentia accendit in nob̄ ca-
ritatē. Quia v̄o ad nuptias eternas nō in-
trant supbi neqz luxuriosi neqz auari vt ꝑ-
missū est. ideo introit⁹ hui⁹ dn̄ice est Respi
ce in me ꝛc. ⁊ dicit. Vide humilitatē meā cō-
tra supbiam. et laborē meū ꝯtra luxuriā q̄a
inops ⁊ paup sum ego ꝯtra auariciā Et ꝓ-
pter ꝑdicta monet nos petrus ad humilita
tem dicens in epl̄a ꝑma. vlt̄. c. Humiliamī
sub potenti manu dei vt vos exaltet ꝛc. Et
post sequit̄ ibi Sobrij estote ⁊ vigilate ī orō
nib⁹ quoniā aduer. v. dy. tā. le. ru. cir. q. quē
de. Et quia tantā curā hz domin⁹ de nobis
ideo in graduali inuitat nos eccl̄a dicēs Ja
cta cogitatū tuuz in dn̄o. et ipse te enutriet.
Versus est. Dum clamarē ad dn̄m ex. vo.
meā ꝛc. All̄a est. Domino refugiū Offerto-
riū est Sperent in te oēs qui nouerūt te ꝛc.
qz de sperantibus in se habet curam. Quia
v̄o dn̄s nō inuenit̄ nisi q̄s peniteat. cū v̄o
quis penitet ad dn̄m clamat. ideo sequitur
cūbentib⁹. ℟. incipiētes in fine ibi. Dñs qdē
iesus postq̄z. ℟c. Licet aūt eoz festa eadem
die celebrāda cōcurrāt. beat⁹ tñ gregorius
instituit vt tātū officiū bti petri ipo die cele
brarēt. Tū q̄ tali die eccl̄ia bti petri fuit de/
dicata. Tū q̄ ipe prior fuit ꝙuersione. Tū
q̄ fuit maior dignitate. q̄nā romane eccl̄ie
tenuerat ꝓmatū. Et dr in missa introitus.
Nūc scio. act. xij. ⁊ collecta cōis vtriq̄z. de/
us q̄ hodiernā diē. q̄rendo fit alia ꝙmemo/
ratio dī btō paulo. Epla. Misit herodes. q̄
ibidē. Alla. Tu es petr⁹. matth. xvj. c. euā
geliū. Venit iesus in ptes. qđ ibidē vbi dr
Quē dicūt homines ēe filiū hois. Sz ꝑm Ihie
ro. in hebreo dr filiū ade. ℣ Per horas vo dr
cap̄lm. Misit herodes rex man⁹. act. xij. c.
Et illud. Angel⁹ dñi. Et illō. Et petr⁹ ad se
reuersus q̄ sūt ibidē. Sequenti vo die fit fe
stū de btō paulo. Et dr in missa introitus.
Scio cui. ij. ad timo. ij. c. ⁊ collecta. Deus q̄
multitudinē. Gradu ale. Qui opat⁹ est pe
tro. gal. ij. c. Versus ē. Grā dei. j. cor. xv. ca.
Epla. Nouū vob facio. gal. j. c. Alla. Tu es
vas. act. ix. c. Euāgeliū Scīt simō petrus.
matt. xvi. c. In alijs ecclesijs dr. Hoc ē prece
ptū ioh. xv. c. Cōio. Amē dico vob mat. xix
c. Itē in nocturnali officio bti pauli q̄dam
vsicui ꝑmittit antiphas laudū vt dictū ē i
vj. pte sub dñica de trinitate. ⁊ dr capitulū
Bonū certamē. ij. ad timo. iiij. c. in octauis
vo aplor dr illud. Confitebor tibi dñe rer.
eccl. vlē. Vere in vtilia dr irrat⁹. Bīe dñs
ioh. vlē. c. ⁊ epla. ℣ Petrus ⁊ iohes act. iij. ca.
Euāgeliū Scīt iesus simoni petro ioh. vl.
c. Habet aūt hoc festū tria sz ieiunium. solen
nitatē ⁊ octauā. Jeiunū q̄ si velim⁹ cōre/
gnare oportet nos ⁊ ꝓpati. In die festi de
eoz glorificatiōe gaudem⁹. In octaua de
eoz futura btūdine in cōpe ⁊ aīa tā certi le
tamur ⁊ etne glificatōis hereditū expectam⁹.
De hac octaua dictū ē i fine phemij huius
pti⁹. Et nota q̄ leo papa scōs orans ꝑ nea
politanis ciuib⁹ in mari cū saracenis pug
nātib⁹ fecit illā collectā. Deus cuius dextra
beatū petrū ℟c. ℣ Perfectis vo p eū muris ci
uitatis leoninane iponēs seras portis orās
fecit illam collectam. Deus qui beato pe/
tro collatis clauibus ℟c.

De maria magdalena

In festo magdale

ne dr epla. Mulierē fortē q̄s inue
niet que est in parabolis vlē. c. ⁊ euangeliū
Rogabat iesum. Luce. vij. c.

De septem fratribus

Circa festū septez

fratrū notādū ē tres fuisse mrēs q̄/
rū q̄libet septē frēs habuit filios ⁊ p⁹ passi/
ones eoz passe sūt vicz mat machabeoruz
cui⁹ nomē ignorat ⁊ felicitas mat istoz se/
ptē fratrū ⁊ simphoriana sapiēs mulier que
sancta fuit

De festo sancti iacobi apostoli

Iacobus maior

filij⁹ zebedei frat iohis euangeliste
missus ē ad ꝑdicādū hispanis sz cū in possz
nisi vnū pncipē ibi ꝙuertere recusit hierosoli
mis sz tādē ab herode decollat⁹ ⁊ i hispani
am reportat⁹ q̄s viu⁹ ꝙuertere nequit mor
tu⁹ dīno miraculo ꝙuertit. Fit āt ei⁹ festū
viij. kl̄. aug̃. ꝑ eo q̄ tali die fuit apō ꝙpostel
lā trāslat⁹ nō q̄ tūc obierit. q̄ occisus ē ab
herode ei dieb⁹ azimoz vicz. viij. kal. aplis.
in annūciatiōe dñi sz circa pasca. vt legit

ī epl'a huiꝰ diei. Misit herodes. ꝛc. ⁊ ita tūc propter dies ipos festū nō habuit. In kal'. v'o ianuarij fuit sepultꝰ ab augusto vsqꝫ tūc sepulcri eiꝰ fabrica fuit ꝓtelata. Vel iō fit. viij. kal'. augusti. h festū. quoniā hac die dedicata ē sibi eccl'ia ī ꝯpostella. Quare dictus sit maior dictū est sub festo apl'oꝝ philippi ⁊ iacobi. Hoc aūt festū nō hꝫ vigiliaꝫ vel ieiuniū prout dictū ē in vj. pte sub quarta feria tertie hebdomade aduentꝰ. hac die dicūt q̄dā eccl'ie epl'am. Iam nō estis eph. ij. c. Alie. Benedictꝰ deus ⁊ pater. eph. i. Et euangeliū. Accessit ad iesum. Matth. xx. c.

De septem dormientibus.

Nunc de festo septē dormientiū dicendū ē sex eorū potentes fuerūt in epheso tēpore q̄ decius cesar ꝑsecutꝰ ē eccl'iam dei q̄ q̄ꝫcito audierūt ꝑsecutionē fugerūt in montē ⁊ latuerūt in spelunca quadā. ⁊ secū magnā pecuniā portauerūt. sed parū cibi. quorū noīa sunt Maximianꝰ. Marcꝰ Martinianus. Bionysius. Johānes. Serapion ⁊ cōstantinus. Hi cū eēnt in spelūca prima die comederunt q̄cquid habuerunt comestioni aptū. ⁊ dixerūt seruiēti suo. Tras emas nobis cibos. qꝛ paruꝫ hodie comedimus. ⁊ postea dormierunt. Tandē decius q̄siuit eos. nā audiuit eos eē xp̄ianos. sꝫ dictū ē sibi eos aufugisse in alias regiones vl' in monte latuisse. qd̄ audiēs fecit ostia spelūce lapidibꝰ obstrui. Post multū v'o temporis vicꝫ circiter tricētos annos. quidam voluit stabulū ꝯ spelūcā facere. ⁊ fec̄ magnū ignē in q̄ soluti sunt lapides q̄ erant in ostio spelūce ⁊ statim ī spelūca refulsit splēdor ignis ⁊ euigilati sunt septē dormientes ⁊ sex qui potētes erāt dixerunt septimo qui erat seruꝰ eoꝝ. Dies est. vade nobis emere cibos. Putabāt enī sep vnā noctē tantuꝫ dormiuisse. Iuit ergo ille ad ciuitatē ⁊ venit ad macella. miratꝰ vltra modū qꝛ cruces videbat ꝑ vicos ⁊ ī triuijs ⁊ ī q̄druuijs Cūqꝫ carnes emēs obtulisset monetā quā hēbat. nō cognouerūt eā carnifices ⁊ dixerūt. Vn̄ habes istos numos. Qui ait. Ex meo ꝓprio labore. et illi. Vn̄ es tu. Qui ait de patria ista. Tūc illi. Qui sūt ꝑentes tui. Ille ait. Iste ⁊ iste. Et nō cognouerūt carnifices aliq̄s eoꝝ q̄s ipe nōiabat. A lōgo enī tpe eoꝝ noīa cū illis erāt sepulta. Iterū illi dixerūt sub q̄ imꝑatore fuit illa moneta. ait ille. Sub decio. Tūc illi āmirati tū ꝓpt̄ monetā. tū ꝓpt̄ ea q̄ referebat. estimātes eū īsanū eē. ligauerūt eū ⁊ duxerūt eū ante pontificē ciuitatis. Cui diligent̄ inq̄renti. q̄s ille eēt ⁊ vn̄ ⁊ vbi hanc inuenisset monetā. ⁊ de alijs q̄ ipe retulerat carnificibꝰ. oīa ꝓut cōtigerāt reuelauit. Tūc eps veniens cū vniuerso ꝓpl'o ciuitatis ad spelūcā inuenit eos sex q̄ ibi remāserāt iteꝝ dormiētes ⁊ euigilatos secū in ciuitatē adduxit. ⁊ singula scisci tatꝰ ab eis inuētū ē eos ī spelūca fuisse per annos fere trecētos. Preterea inuēte sunt plūbee tabule in ipa spelūca. q̄s illi īposuerāt ibi q̄ mādato decij obturauerūt os spelūce. Imꝑatores erāt tūc honoriꝰ ⁊ archadius. q̄ cū priꝰ dubitarēt de resurrectione h viso firmius crediderūt. Fuerūt āt cū epo ꝑdicti septeꝫ iuuenes ꝑ aliq̄t dies ⁊ postea mortui sunt libera morte. Vn̄ dicti sūt martyres. qꝛ tādiu in spelunca remanserūt.

Ad uincula sancti petri

Festum beati petri qd̄ ad vincula d'r q̄druplici de cā institutū fuit. Primo s'm Bedam. qꝛ theodosia vxor theodosij. ij. imꝑatoris hierosolimā ꝓficiscēs. vidit ī alexandria festū celebrari in kal'. augusti ad honorē cesaris augusti de triūpho habito de cleopatra regina egipti ⁊ marco anthonio viro eiꝰ. vn̄ vehemēter doluit. q̄ dānato ⁊ gentili tantꝰ honor exhiberet̄. Veniēs aūt hierosolimā catenas q̄bus petrꝰ sub herode fuit alligatus acq̄siuit ⁊ romā rediēs eas apl'ico presentauit. q̄ alias catenas q̄bus sub nerone fuerat alligatꝰ. apportari ꝑcepit q̄ se tāgētes vsqꝫ adeo sunt miraculose ꝯiuncte. ac si sꝑ fuissent eedē. Vn̄ papa ⁊ regina mox diem ipaꝫ vbiqꝫ celebrē fore statuerūt vt sic solennitas piscatoris obfuscaret solēnitatē īpatoris ⁊ cathena petri extingueret torquem

augusti. ¶Secda cā institutiōis hui⁹ festi ē propt̄ mem̄oriā liberatiōis bti petri p angelū facte a carcere siue a vinculis prout in epl̄a legit̄ hodierna. & ꝑm ꝫ videt̄ q⁹ deberet vocari ꝫ festū a vinculis. ¶Tertia cā ē q⁹ cū q̄rin⁹ tribun⁹ filiā haberet gutturosā. illa ad mādatū sc̄i alexandri pape q̄ sext⁹ fuit a bt̄o petro. q̄siuit boyas siue vincula. q̄b⁹ beat⁹ petr⁹ fuit inuinculat⁹ rome sub nerone quib⁹ inuentis & osculatis liberata est & q̄rin⁹ cū sua familia baptizat⁹ ē. Tūc dict⁹ alexād⁹ der papa ꝫ festū in kal̄. aug̃. celebrandū instituit. & in honorē bt̄i petri eccl̄iam in vrbe fabricauit vbi vincula ipa reposita sunt. et ad vincula noīaut. i. q̄ festiuitate ipl̄s illic ꝙuenēs ipa vincula hodie osculat̄. ¶Quarta cā pōt ee q⁹ dñs petrū a vinculis miraculose absoluit. & eid̄ ligādi atq; soluēdi ptātez dedit. ¶Nos aūt vinculis pctōr⁹ ligati tenemur & absolui indigem⁹. iō igit̄ in solēnitate ipa q̄ d⁹ ad vincula ipm honoram⁹. vt sicut ipe a vinculis absolui pmeruit. & absoluendi ptātem accepit a dño. sic & ipe nos a pctōr⁹ nexib⁹ absolui obtineat. ¶Hac die dicit̄. ¶Audiit herodes. act̄ xij. c. Euāgelium ¶Venit iesus in partes. ¶Matth. xvj. c.

De festo machabeorum.

¶Machabei isti sūt illi de q̄bus fuit iudas machabeus. de q̄bus habet̄ .ij. machabeor⁹. Et cuz eccl̄ia occidentalis nulli⁹ alteri⁹ sc̄i veteris testamēti festū celebret. put dictum ē i. phemio hui⁹ pūs. istor⁹ tñ & innocētū festū recolut. ¶Istor⁹ quidē propt̄ q̄tuor. ¶Primo q⁹ passi sūt ꝓpter legis obꝛuationez. q⁹ vicz carnes porcinas ꝯ legē ꝯmedere noluerūt. ¶Secdo propt̄ martiriꝫ ꝓrogatiuā put legit̄ in hist̄oria scolastica. Q⁹ enī inaudita supplicia sup scōs veteris testamenti ptulerūt. iō in ꝫ ꝓuilegiati sunt vt eor⁹ passio celebret̄. ¶Tertio q⁹ ipsi fuerunt septē frēs & numer⁹ septenarī⁹ ē numer⁹ vniuersitatis. Tñ in eis sig̃ificāt oēs martires veteris testamēti celebritate digni. & oīb⁹ illis in istis reuerētia exhibet̄. ¶Quarto q⁹ ipsi oñdūt in exēplū martirū⁹ noui testamēti. vt sicut illi ꝓ legis mosaice obseruatiōe passi sūt ita & nos maxīe si necesse fuerit pati simꝰ pati ꝓ euangelica. Et ꝑm ꝫ magis celebrat̄ ꝫ festū propt̄ significatū q̄z propt̄ sig̃ificās. qui dā vero dixerūt q⁹ isti machabei sunt illi septem fratres qui fuerunt filij felicitatis.

¶De inuentiōe sancti stephani

¶Eati stephani ꝓthomartiris inuentio fcā fuit die illa q̄ celebrat̄ eī⁹ passio. Et passus ē in die illa q̄ eī⁹ inuētio celebrat̄ sc̄z in augusto. Sz festa p eccl̄iaz q̄tuor de causis translata sunt. ¶Primo q⁹ cum beat⁹ stephan⁹ fuit ꝓthomartir & martirū sc̄or⁹ sit eor⁹ natale i celis merito statī p⁹ natale dñi natale ꝓthomartiris stephani celebrat̄. ¶Secdo propt̄ dignitatē. dign⁹ nā q⁹ ē festū q̄d ē de morte q̄z aliud. & iō ꝓpetent tāq̄z dignus statim p⁹ natiuitatē collocatū ē. ¶Tertio q⁹ officiū passionis eius ꝓcordat officio natalis dñi. Tñ ē illud. ¶Heri nat⁹ ē ꝛps in terris vt hodie stephan⁹ nasceret̄ in celis. ¶Quarto q⁹ in eī⁹ inuētiōe maxīa multitudo hoīuz venit. q̄ videtes miracula plurima q̄ fec̄ deus in illi⁹ inuentione maiori cultu diē illū celebrauerūt annuati q̄z etiā diē mortis illius. Statuerūt ergo sc̄i patres vt festuz passionis ei⁹ trasferret̄ ad hāc diē inuentiōis & festū inuētiōis ad festū passionis. q⁹ festuz passionis maiori cultu dignū ē. vt ꝓpls hūc diē q̄ natale domini sequit̄ feruentiori cultu celebret. q̄z diē eusdem festi in augusto. Alia etiaz ratio reddetur sub ipso festo.

¶De transfiguratione domini

¶Sequitur de festo trāsfiguratiōis dñi. qđ ē in die festi bti sixti. nō q⁹ tali die trāsfiguratio fcā sit sz q⁹ tūc ab aplis q̄ fecā fuerunt in mōte fuit manifestata & publicata & p̄dicata. ¶Precepat enī ne alicui dicerēt. donec a mortuis resurrexisset. illi aūt vsq; ad hāc diē sp ꝫ tacuerūt. Trāsfiguratiōez enī ꝓstat factā fuisse circa pncipiū veris. eo sc̄z die q⁹ d⁹ euāgeliū de trāsfiguratione sc̄z sc̄da hebdomada q̄dragesime. Et nota q⁹ i q̄busdaz

locis hac die ꝓficit sanguis xp̄i de nouo vi
no si inueniri possit. alt̄ saltē aliquātūl de
matura vua i calice liqt. Bñdicūt etiā ra
cemi er quib⁹ ꝓpis cōicat. Et est rō hec. In
die enī cene dixit ihesus discipulis. Amen di
co vobis. Amodo nō bibā de ɜ genimīevi
tis donec bibā illud nouū i regno p̄ris mei
Q̄r ergo q̄ dixit nouū. et etiā trāsfiguratio
ptinet ad illā gl̄iā in innouatione quā xp̄s
habuit p⁹ resurrectione. et quā fideles p⁹ re
surrectionē sunt habituri iō in ɜfesto san
guis xp̄i er nouo vino ꝓficit. et ꝓpt̄ ɜ et hac
die noue vue bñdicūt. Cucian⁹ papa statui
it ut ꝓme fruges et fabe sup altare bñdicant.

De festo sancti laurentii

Beatus laurenti⁹ q̄ post beatū stephanū int̄ alios martures ꝓmatū obtinet vigiliā habet. nō q̄ maiorē penā sustinuerit q̄z alij. Illa⁹ multi tātā penā sustinuerūt. sic beatus vincenti⁹ et beat⁹ georg⁹ et alij q̄dā. sz ꝓpt̄ officium p̄dicatiōis et ꝓpt̄ martirij locū. q̄ rome. et ꝓpt̄ bona amministratione thesauror ecclie. Ilū incipit introit⁹ i vigilia ip̄i. Bisperstit dedit paup̄ib⁹. In die vo hz ꝓprium officiū vicz. Confessio et pulcritudo. ꝛc. Et ɜ iō dr. q̄ ꝓpt̄ ꝓfessionē fidei fuit assatus et exaltat⁹. et apparuit ei⁹ scītas cū nō timuerit sic tormētari p xp̄o. Q̄r vo ipse ī tormentis posit⁹ iubilabat. ac dño laudes cātabat. iō sequit̄ vsus. Cantate dño cāticuz nouū. In collecta vero illa. Da nobis q̄s dñe. ꝛc. orat ecclia sic se liberari p dñm ab igne vicior. et ipa vicia in se extingui. sic btūs laurēti⁹ fuit liberat⁹ ab igne tormentor. Ilū ipe dicebat tyrāno. Bisce miser q̄nta ē virtus dñi. Illa carbones isti nō dolorem sed refrigeriū mihi p̄stāt. In epla vo. Qui parce. ꝛc. ij. cor. ix. c. agit̄ de largitate elemosynar faciēda paup̄ib⁹. Qō ꝓceptū strenue ipleuit beat⁹ laurenti⁹ q̄ thesauros ecclesie dedit paup̄ib⁹. Et vt eū i ɜ imitemur dr. Justicia ei⁹ manet in seculū seculi. Besp̄sor ū de passione ei⁹ et eo q̄ igne ꝓbatus fuit sic aur in fornace ꝓbat̄. et ɜ ē q̄ dicit. Ꝓbasti cor meuz et visitasti nocte. q̄ ad literā de nocte fuit assat⁹. et a dño visibiliter visitat⁹. et iō dicebat. Dic ea flor obscurz nō hz sz oīa in luce clarescūt. Uersus ē. Igne me examinasti. et nō ē inuēta i me iniq̄tas. id ē inequalitas. q̄ sp ꝓfecte in fide ꝓstās fuit. Uel nō fuit inuēta i eo iniq̄tas sc̄z peccati. Illa ē de nobili mīsterio ei⁹. Et quia erat p̄cipu⁹ mīster. iō in vtute dñi p̄cipua opabat̄. Leuita inq̄t laurēti⁹ bonū opus opat⁹ ē. q̄ p signū crucis cecos illuīauit et thesauros ecclie dedit paup̄ibus. Leuita idē ē q̄d assūpt⁹. vel offerēs. q̄ ad litterā assumpt⁹ fuit ad mīsterīū diuinū. Ilū legitur ip̄m dixisse b⁹ sixto. Quo ꝓgrederis sine filio pat̄. nūq̄d degenerē me ꝓbasti. expirevtz idoneū ministz elegeris cui ꝓmisisti dominici sanguinis ꝓsecratione. Ites fuit leuita. i. seip̄m offerēs. Unde ipe ī tormēto posit⁹ dicebat. Ego me obtuli hostiā deo in odorē suauitatis. Et iō de eo i nocturnali officio cātat ecclia. Meruit ee hostia btūs laurenti⁹ q̄ dū assaret dominū nō negauit et iō inuēt⁹ ē sacrificiū laudis. Et q̄ de⁹ laudād⁹ ē de tāta patiēna ꝓcessa martiri. iō p̄dicta sub alta cātant̄. In euāgelio vo. Si granū frumēti. q̄d ē ioh. xij. agit dominus de mīstris suis et de p̄mio ip̄oz. dicēs p̄mo de ope ip̄oz. Qui mihi mīstrat me sequat̄. Et post de p̄mio adūgit dicēs. Et vbi sum ego illic et mīster me⁹ erit. Si q̄s mihi mīstrauerit bonorificabit eū pat̄ me⁹. ꝛc. Cuz igit̄ inter mīstros p̄cipu⁹ fuerit btūs laurēti⁹. iō istud euāgeliū in ei⁹ festiuitate cātat̄. Bz q̄ priuilegiatū mīsterū ē p̄dicatio et cōfessio nōis domini cora regib⁹ et p̄ncipib⁹ iō sequit̄ offertoriū. Cōfessio et pulcritudo ꝛc. In postcōione q̄z agit̄ de mīstris et merito ip̄oz. Qui mihi mīstrat ꝛc. Ad horas dr capl'm. Qui parce. ij. cor. ix. c. Et nota q̄ iste sanct⁹ ꝓpt̄ tres p̄rogatiuas supra ī p̄ncipio positas in trib⁹ priuilegiat⁹ ē. Primo q̄nā ipe solus inter martures hz ieunīū institutiōis. Scdo in octauis q̄nā iste tantū et beat⁹ stephanus octauas habēt inter martures sicut beat⁹ martin⁹ int̄ ꝓfessores. De hac octaua dixtū ē in fine. phenij hui⁹ ptis. Tertio in regressib⁹ antiphonaz. In

B eñi festo q̃dã ỹsiculi ꝓmittunt antiphis. vt dictũ ẽ in vj. pte sub dñica de trinitate. Beatus laurentiꝰ fuit archidiaconꝰ rome ꝑ quẽ nullus dr archidiaconꝰ ibi fuisse.

De assũptione btẽ marie uirginis.

IN Ieronimus dicit Quo btã mariã assũptã fuerit siue in corꝑe siue extra corpus nescio deus scit augꝰ vo dicit q in corꝑe. veritas tñ ẽ q primo assũpta ẽ i aia. vtz vo corpꝰ in terra remãserit incertũ habet ⁊ melius ẽ pie dubitare q̃z aliq̃d circa B temere diffinire. pie tamẽ credẽdũ ẽ eã totaliter fuisse assumptã. Dicit q̃ dã religiosissima mulier elizabeth noie dꝑ tibꝰ saxonie asseruit sibi reuelatuꝫ fuisse q ꝑ xl. dies pꝰ assũptionẽ aie assumptũ fuit corꝑ ⁊ inde ꝓfuit quẽdã tractatũ. q tñ nõ ẽ autẽticꝰ. Refert ephusꝰ q btã ỹgo q̃n xp̃z ꝓcepit erat annoꝝ xiij. ⁊ in xv. ꝑm peperit ⁊ cũ eo mãsit ãnis xxiij. ⁊ pꝰ morte xp̃i superstes fuit ãnis xxiij. Et ꝑm B tpe obiit sui erat annoꝝ lxij. ¶ Probabiliꝰ tñ vt videt dicũt alij q. xij. ãnis filio superuixit. ⁊ sic sexagenaria ẽ assũpta. cũ apli totidẽ annis ꝓdicauerũt in iudea ⁊ circa ptes illas. In B festo dicunt q̃dã q in ecclia dedicationibꝰ dicũt. q ad eã ptinẽt. Cãtat etiã de libro cãticoꝝ. ¶ Osculet me osculo. ꝛc. rñsoria ei antiphe. ⁊ lectiones inde sumũt q liber ẽ de amoribꝰ. q̃ carne manẽs maiorẽ habuit dilectionẽ q̃z aliq̃ creatura i carne viuẽs excepto xp̃o. ⁊ iõ ppt excellẽtẽ caritatẽ quã habuit i tris meruit ascẽdere sup angelos. i carne ei ꝑtransire carnẽ viuere nõ ẽ trenarsz celestis vita ẽ. ⁊ cõpetit B festũ estiuo tpi. q ꝑ calorẽ ignis caritas ascẽdit. Rursus legit ⁊ cãtat de cantico amoris eo q btã ỹgo figurã tenet ecclie sic ei ipa mat ẽ ỹgo ⁊ spõsa. sic ⁊ ecclia mater scoꝝ nomẽ tenet ỹginitatis ⁊ spõse. Virginitatis inquã mẽtis ⁊ fidei q̃ ꝑualet ỹginitati carnis. spõse q ipa ẽ spõsa xp̃i. Vnde apls Despõdi vos vni viro ỹginẽ castam exhibere xp̃o. Est aũt vt dicũt quidã cãticũ legẽda medietas vsqz ad octauas. Alia vo medietas vsqz ad octauas assũptionis ejusdẽ ỹginis reꝑuet. Huic ergo ꝓgrue accedit q circa festũ istud liber salomonis legãt. Et ꝓmittuntur antiphis q̃dã ꝑ istũ. vt dictũ ẽi. vj. pte sub dñica de trinitate. In calcedonẽsi concilio qõ beatꝰ leo papa celebrauit statutũ fuit vt ỹgo maria mat dei appellaret. Illud tñ dicũt q in ephesino iussu celestini pape ꝓmi celebrato. Item nota q̃ ille ꝑmo hiero. Cognus me o paula ⁊ eustochiũ q̃ a q̃busdã in B festo in ecclia legit. nõ dr legi nisi i refectorio vel capitulo q ad B fact fuit. Dicit aũt ad horas cap̃. In oibꝰ requiẽ. eccl. xxxij. c. In vigil. assũptionis dr epla. Ab ũtio. eccl. xxiij. Ellie ecclie dicũt. Ego q̃. q ẽ ibidẽ. Euangelium ẽ. Exurgẽs maria luc. j. c. Ellie ecclie dicũt. Loquẽte ihesu. xj. c. Offertorium. Oratio mea mũda. iob. xvj. Cetez i missa dicit legit epla. In oibꝰ requiẽ q̃sium. ꝛc. eccl. xxxij. c. in oibus ei q̃siunt vitã eternã. ⁊ iõ habuit illã. Sequit. Et q creauit me requieuit i tabernaculo. i. in vtero meo. Et qr dñs in vtero btẽ ỹginis requieuit. iõ ipe dedit illi suũ tabernaculũ. i. celũ ⁊ sic ipa fecit dño thronũ grãdẽ. Vel ñ ipsa dicit Magnificat aia mea dñm. et iij. reg. x. c. thronũ fecit rex salomon de ebore grãdẽ. ita ei fecit dñs thronũ grãdez i celo q̃n exaltauit eã sup angelos. Euã gelium legit ꝺ martha ⁊ de maria scz. Intrauit ihesus. luc. x. qõ ꝑma facie ptinere nõ videt. tñ bene ptinẽs ẽ ꝑm allegoriã. Intrauit ei ibs i qõdaz castellũ. i. i btam ỹginẽ q dr castellũ qz ẽ terribilis demonibꝰ ⁊ bene se munuit ꝯ dyabolũ ⁊ vicia Diminutue aũt dr castellum propt hũilitatẽ ⁊ dr qõdã propt singularitatẽ. qz nec ꝑma filis vsa ẽ nec habere segnitẽ. Et martha id ẽ actiua vita recepit eũ. diligentissime ei nutriuit puez suũ ⁊ tulit i egyptũ ⁊ ꝑus se probauit i actiua vita cũdo ad elizabeth ⁊ suiẽdo ei. ⁊ sic ipa fuit martha i actiua vita ita ⁊ fuit maria magdalena in ꝓplatiua. vñ i ato euãgelio dicit Magdalena ꝑseruabat oia vba B ꝓferẽs in corde suo. B ei due sorores significãt vitã actuã ⁊ vitã cõtẽplatiuã q̃ plene fuerũt in btã ỹgine per q̃s ipa sublimiꝰ honorabiliꝰ atz delectabiliꝰ in seipa recepit xpm. Illo aũt notãdũ ẽ q q̃ui or fuit euãgelia de btã maria Vnũ ẽ. Quod Ihesus ẽ gabriel qõ non dr dici nisi in aduentu

dñi ⁊ in annūciatione ei⁹. Alia tria pñt cā/tari q̄tiēs de ipa peculiaris missa cantat tā q̄z cōia q̄ sūt ista. Ertolles vocē qđ. mulier ꝛc. Aliud Abijt maria ī mōtana. ꝛc. Aliud Stabat aūt iuxta crucē. ꝛc. Itē nota q⁹ ℔ fe/stū hz ieunīū ⁊ octauas qđ nō hz aliud fe/stū de illa. ℔ei festū mai⁹ ē oīb⁹ alijs q̄ fiūt de illa. Sili⁹ ⁊ de q̄libz scō mai⁹ festū ē tran sit⁹ illi⁹ q̄z aliud de illo. q̄ ꝛ miserīa trāsit ad vitā. excepto dñi ihōbebap. Quare aūtez herbe colligant⁹ ⁊ bñdicant⁹ in ℔ festo ipa le genda indicat. q⁹ btā maria ꝓpat⁹ rose et li/lio. Ām sicut spina rosam genuit. ita iudea mariā. Officiū btē marie ỽginis nō dz q̄tti die sed in sabbato solēnit⁹ dici. put dictū est in. vi. vte sub ti. de tpe aduēt⁹. Ja q̄busdam tñ ecclijs nō dz a quinta feria cene dñi vsq̄z ad octauas pente. dicētes q⁹ tūc ī ecclia oia breuia eē dñt. Legit⁹ tñ q⁹ cū qđa sacerdos aliā forte missā nesciēs oi die missā d̄ btā ỽgi ne celebraret eps eū ab officio suspēdit. sed ỽgo btā ipi epō ex ℔ grauissime cōminata ē. ⁊ iō ipse suspensionē hmōi relaxauit.

De sancto bartholomeo

Beatus bartholo me⁹ pmo p̄dicauit vt dicit beat⁹ theodor⁹ abbas in ligdonia postea ī india de inde in albania ciuitate armenie. vbi pri mo excoriat⁹ ⁊ postea decollat⁹ est. deinde trāslatus dz beneuēti q̄z⁹ hodie rome eē dicat⁹. Quidā aūt celebrāt festū excoriatōis ⁊ quidā decollatiōis sic dictū ē in vj. parte sub q̄rta feria tertie hebdomade aduentus. Et nota q⁹ ingrentib⁹ beatū bartholomeū demon ipm̄ ita descripsit dicēs. Capilli ei⁹ nigri ⁊ crispi. caro cādida. oculi grādes. na res coequales ⁊ directe. barba plira. habēs paucos canos. statura eqlis. collobio albo clauato. purpura vestitur. induitur pallio albo quod per singulos angulos habet gē mas purpureas.

De festo decollatiōis scī iohannis

Festū decollatio nis btī ioh̄is celebrat ecclia q⁹ p veritate mortu⁹ ē. sed nō sic solēnit⁹ sic festū natiuitatis ei⁹ eo q⁹ descēdit ad inferos. sic dicit greg. sup illū locū. Lues q̄ venturus es an aliū expectam⁹. Fuit aūt decollat⁹ ī tpe pascali p herodē regē anno. xxxij. q natiuita te dñi secz anno pcedēte passionē dñi. Et ipe ī anno tricesimo ceperat p̄dicare. Et ita ℔ fe/stū ē de decollatiōe. Et nota q⁹ tres fuerunt herodes q̄s eoz infamis crudelitas fec fa/mosos. Herum⁹ dict⁹ ē herodes ascalonita sub q̄ nat⁹ ē dñs a q̄ innocētes occisi sunt. Secundus antipas qui ioh̄em decollauit Tertius agrippa q̄ iacobū occidit ⁊ petz⁹ in/carcerauit. Ām vltus. Ascalonita necat pu eros. antipa ioh̄es. agrippa iacobū claudēs in carcere petz⁹. Dane decollato ioh̄e disci/puli ei⁹ corpus sepelierūt ī sebaste vbe pa/lestine. ⁊ caput in hierlim humatū est iuxta herodis habitaculū ⁊ vbi corpus sepultuz iacebat. multa de⁹ miracula opabat. Ām multitudo magna xp̄ianoz illuc ꝓfluebat Qđ videns iulian⁹ apostata iussit ei⁹ gēti/les ad dedec⁹ scī ioh̄is ꝓfregerūt mausoleū ⁊ ossa ei⁹ p agros sparserūt. Dz cū xp̄iani illuc venirēt ⁊ miracula nō cessarēt. iterz gē/tiles ossa collegerūt ⁊ cōbusserunt. Dz digi tus ille q̄ dñm ad iordanē venēti monstra uit dicēs. Ecce agn⁹ dei. ꝛc. nō potuit ꝓburi mlti tū xp̄iani monachi a hierosolimis q̄ it erā. cū gētilib⁹ ossa colligēt⁹ q̄t occultare poterāt refuauerūt. tulerūtz ossa ad philip pum hierosolimitanū epm q̄ misit ea p iu/lianū diaconū anastasio alexandrie epo q̄ post theophil⁹ ybis eius dē epūs in tēplo se/rapis reposuit. ⁊ basilicā in honorē ei⁹ ꝓfe/cravit. Ām ℔ festū de decollatiōe ⁊ ꝓbysti/one ossiū ē sm magistz gilbertū qđ celebrat ecclia q̄ p tā mortuo sm marturuz. q⁹ in su is ossib⁹ qđāmō passus ē. Alij dicunt q⁹ be ata tecla digituz btī ioh̄is q̄ ꝓburi nō potu/it de vltramarinis ptib⁹ afferēs ī marian⁹ ibi ad honorē btī ioh̄is fundauit ecclīam ⁊ hac die dedicata ē ei ecclia. qđz statutuz fu it a dño papa vt ℔ dies ad honorē btī ioh̄is p totuz mōm sp celebris haberet. ⁊ sm hoc videt⁹ q⁹ dz dicī festuz dedicatiōis. Ām sug beat⁹ ioh̄es caput suuz qđ ī hierlim fuerat humatum reuelauit duobus monachis

orientalib⁹ q̄ hierl'm adorare venerāt. q̄ iuxta herodis habitaculū illd. vj. kl'. maij īuenerūt. Sz p⁹ ab aliis platū ē in emissā ciuitatē ⁊ in quadā specu ignobiliter recōditum donec denuo marcello p̄sbitero fuit reuelatū ⁊ peiusdē vrbis ep̄m. iiij. kl'. septēbris reuelatū. ex q̄ tpe cepit in eadē vrbe decollatō celebrari ea die vt arbitror q̄ caput ē reuelatū. ⁊ ita h̄ festū p̄t dici reuelatōis. Hoc ergo festū p̄t eē de decollatōe vl' d̄ collectōe ossiū vl' de dedicatōe eccl'ie ad honorē illi⁹ vl' d̄ reuelatiōe. Hac die dicūt q̄dā epl'az. Expectatio iustoꝝ. puer. x. c. Et euāgeliū. Misit herodes. mar. vj. c. ⁊ all'a. erat lucerna. ioh. v. c.

De sanctis felice et audacto

Sciendū est quod cū beat⁹ felix traheret ad mortez p noīe xp̄i. q̄dā repēte se ī medio ptulit dicēs. Et ego sū christian⁹. Dixerūt carnifices. ergo venies ⁊ tu. Cū aūt nomē illi⁹ ignoraret vocat⁹ ē audact⁹. q̄i btō felice audact associat⁹ sicut ⁊ beat⁹ iohes alexādrin⁹ ep̄s ob eximiā ī paupes xp̄i pietatē. iohes elemosinari⁹ dict⁹ ē. c⁹ festū. ix. kl'. februarij celebrat

De natiuitate btē marie uirginis

Festū natiuitatis btē marie. q̄n vicz in mūdo nata ē. iō celebrat. q̄ fuit ī vtero scificata. iuxta illus. p̄s. Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. In h̄ festo legit genealogia saluatoris. īmo ipsi⁹ btē virginis q̄ de eadē fuerūt genealogia. Vn̄ legit euāgeliū matth. j. c. Liber generatiōis. de q̄ dictū ē ī vj. pte sub natali ⁊ sub festo apl'oꝝ philippi ⁊ iacobi ⁊ epl'a. Ego q̄i. eccl'. xxiiij. c. Allie ecclesie dicūt. Dn̄s possedit me. puer. viij. Cātat etiā historia de laudib⁹ ipius virginis. In q̄busdā tn̄ eccl'ijs legunt cātica cāticorū q̄ magis ptinēt ad festū assūptionis put ibi dictū ē. Dicit etiā ad horas capl'm Ego q̄i vitis. eccl'. xxiiij. c. Sane h̄ festū oli nō celebrabat. sz q̄dā vir religiosus plurib⁹ ānis audiuit angelos in hac nocte solēnizantes in celis. cui cām q̄renti reuelatuz ē angelos gaudere. q̄niā btā v̄go nata fuit ī illa nocte

qd̄ apl'ic⁹ autēticauerat ⁊ festū celebrari p̄cepit vt in solēnizando celesti curie ꝯformemur. Nō aūt h̄z h̄ festū ieiuniū institutōis pōt tn̄ habere deuotiōis. Olim etiā nō habuit octauā sz Innocēti⁹ papa. iiij. eā instituit. Vacāte enī romana eccl'ia p obitū gregorij pape. ix. cardinalib⁹ ꝯcordare neq̄untibus romani post plures dies eis inclusis multiplices molestias eis inferebāt propt q̄d dicti cardinales regule celi vouerūt q̄ si ei⁹ meritis ꝯcordarēt. habire libere possent octauā sue natiuitatis diu neglectā celebrādā de cetero statuerūt. Sicq̄z in celestinum papā ꝯuenerūt ⁊ liberati sūt. sz q̄ idē celestinus vixit solū. xviij. dieb⁹ nō potuit votum īplere q̄d postmodū dict⁹ innocēti⁹ ei⁹ successor impleuit. Et nota q̄ eccl'ia tres natiuitates solēnizat scz iohis bap. btē marie et christi. Sicq̄dē iohes fuit lucifer. q̄ sicut lucifer p̄cedit solē. sic ip̄e christū. p̄m⁹ enī apte p̄dicauit. maria fuit aurora. natiuitas xp̄i ortus solis. q̄ in eo splēdor patris apparuit Predicte aūt tres natiuitates designāt tres spūales natiuitates. Nā renascimur cū iohāne ī aqua. cū maria ī penitētia. ⁊ cū xp̄o in gl'ia. Cū igit oporteat q̄ cōtritio p̄cedat ntiuitatē baptismi in adultis ⁊ ntiuitatem gl'ie silr. iō merito ille due vigilias hn̄t. Sz cū penitētia tota sit p vigilia nō oportuit q̄ ipsa vigiliā haberet. Et iō hoc festū vigiliā siue ieiuniū nō habet. Et ē sciendū q̄ beat⁹ fulbertus ep̄s cardinensis fecit illa tria responsoria. Stirps yesse. Solem iusticie. et Chorus noue hierusalem

De exaltatione sancte crucis

Exaltatio sancte crucis d̄. quia cosdreas rex persaꝝ hierosolimā venit ⁊ lignuz dn̄icū inde secū tulit. ⁊ fcā domo. celo sil'i. in eadē sedē sibi fecit. ⁊ lignuz a dextris posuit loco filij. gallū v̄o a sinistris loco spūssancti. ⁊ ip̄e stans ī medio se deū vocari iussit. Qd̄ audiēs eraclius imp̄ator roman⁹ aciem mouit iuxta danubiū q̄ fluui⁹ ē p̄saruz nō hūc q̄ in suevia nascit. sed aliū eiusdem noīs. in devicto filio cosdree singulari certa

mie crucē dñi tulit. Et cū appropinq̄ret i magna pōpa hierlm. porte ciuitatis p angelū clause sūt ne intraret. Quar cū vehementer āmiraret. audita ē vox de celo dicēs. regem regū nō sic intrasse hierlm phaleratū. qñ p oibus pati venit. sz huīlē. z sup azinā sedētē Et statī recognoscens creationē suā. de eq descendit. z humiliat⁹ ualde. z porte ei sponte aperte sūt z nudis pedib⁹ ciuitatē intrauit z in ei⁹ introitu multi diuersoz morboz generib⁹ detēti curati sūt p crucē z imperator ipe in has deuotissimas crucis prupit laudes dicens. O crux splendidior cunctis astris mūdo celebris. zc. Ille ergo crucē exaltauit z exaltatiōis die i futuz epīs sibi cōfratrib⁹. in suo ipio statuit eē solēnē. Sergi⁹ q̄o papa lōgis p⁹ tpib⁹ i sacrario beati petri inuenit capsā argeteā. z in ea crucē de salutifere ligni mag̃ portiōe ꝓpositā lapidibus pciosis adornataz. q̄ posita in basilica saluatoris adorat a ꝓplo in die exaltatiōis Est aūt mai⁹ festū inuētiōis q̄z exaltatiōis ppt auctoritatē instituentis. Hāc illd a papa Eusebio istud vō imperatore istitutū ē. In B festo dr epla. q̄ dr in ramis palmaz. qr i ea agit de exaltatiōe scē crucis. Alij legūt illā. Christ⁹ fact⁹ ē. ad ꝓdhlm.j.c. Legit etiaz in quibusdā ecclesijs euāgelū in q̄ fit mentio de aduētu xpi z fulgore. Sic fulgor erit. zc. qđ z dici ꝓsueuit tpe aduēt⁹. In alijs vero dr euāgelū de nicodemo qđ q̄dā dicūt i festo inuētiōis scē crucis. Ibi ei dr. Sic moises exaltauit serpētē i deserto ita exaltari oportet filiū hoīs. Ceterū tñ dr q melius ē dicere euāgelū. Hāc iudiciū ē mūdi. iob. xxj.c. in q̄ dicit. Cū exaltat⁹ fuero a terra oia trahā ad meipsū. ꝓdrefatio vō illa dicit que ante pascha p.xv. dies seu in q̄busdā ecclijs p q̄nq̄z dr vl vt alij volūt illa q̄ dr in tpe paschali. Dicitur etiam ad horas capitulum. Christus factus ē pro nobis. ad ꝓdhlm.j.c.

De scō MathEo apostolo z euāgelista

BEatus matheus leuita fuit. Erat aūt hebre⁹. z ido hebraice scripsit hebreis in iudea. sed postea liber ei⁹ fuit trāslat⁹ in grecū. deinde in latinū. Et nota q euāgeliuz. qđ ipse ꝓpꝛijs manib⁹ anno dñi .lxx. euangelizo scripsit cū ossib⁹ bti barnabe. eptū ē. qđ q̄dem euāgelū beat⁹ barnabas secū ferebat z sup egros illud ponēs tā fide barnabe q̄z merito bī matthei. ꝓtinuo liberabat. Marcus vō edidit aquileie euāgeliū anno dñi. xlvij. Dicit hodie epla. Unicuiq vestrz. epb.iij.c. Alij vō dicūt. Si ritu dovult⁹. Ezech.j.ca. Euāgeliū ē Bū transiret iesus. matth.ix.c. In vigilia vō ē euangeliū. Audit iesus publicanū. luc.v.c. ꝓdredicauit aūt sub gayo caligula impatore q̄ sic dict⁹ ē. q̄nā natus ē i expeditiōe. z cooptus caligis. Iohes āt scripsit sub cluma. marc⁹ sub nerone. Belūca incertū ē. q̄dā tñ dicūt q sub nerone.

De sancto mauricio z socijs eius

QVm galli exercuissent exercitum in romanos dux egipti collegit exercitū in q̄ fuit beat⁹ mauricius qui sub se habebat legionē in q̄ erant ser milia sercenti z seraginta ser. Cum ergo eēnt in exercitu. tyrānus voluit eos cogere adorare ydola qui noluerūt. z ꝓpterea decimā ptē accepit tyrān⁹ z interfecit. Qovi dēs beat⁹ mauricius. Quertit sermonē ad socios orās vt virilit starēt. z sic ab eo confortati passi sūt martiriū. Fuerūt aūt baptizati anteq̄z romā venirēt. Et nota q dr d mauricio z thebea legione q inuenūt plēs thebe Una i egipto vbi sunt mauri. Altera in grecia vbi sūt thebani. alia in india vbi sūt thebite. Isti socij mauricij erāt de egypto.

De festo beati Luce euāgeliste

LVcas syrus fuit natiōe z anthiocenus patriarcha z ꝓdicauit in bithinia vbi suā mortem nō martirio finiuit. Fuit etiā pictor et medicus. z sm hiero. fuit discipulus apl̄oz. et nō dñi. Venit enī ad fidē p⁹ dñi resurrectiōnē vt legit in glosa sup ezech. luz q̄dam dicāt q fuerat de septuaginta duob⁹ discipulis dñi z scripsit euāgeliū in achaia. Uixit aūt octoginta q̄ttuor ānis. Hpe euāgelus z act⁹ apl̄oz ꝓposuit. Fuit discipul⁹ beati

pauli a q̄ didicit qd̄ docuit. sic̄ ⁊ beat⁹ marcus a btō petro. In prologo tñ euāgelij sui īuenit̄ q̄ ipe didicit multa a q̄busdaz qui in p̄ncipio cū dño fuerūt. Sed beat⁹ paulus nō fuit a p̄ncipio cū dño. ergo non didicit ab eo qd̄ docuit. Solutio. q̄dam didicit ab eo ⁊ q̄dā ab alijs. sed maxime a btō paulo. Credit̄ tñ q̄ ipe ad beatā v̄ginē tanquā ad arcā testamēti recurrēs ab ea d̄ multis certificatus fuit p̄cipue de his q̄ sibi soli cōstabāt. sicut de angelica annūciatiōe ⁊ xp̄i natiuitate ⁊ hmōi. de quib⁹ solus lucas agit.

De festis scōꝝ simonis ⁊ iude apl'oꝝ

Iacob⁹ minor frater dñi ⁊ simon ⁊ iudas ⁊ ioseph q̄ ⁊ barsabas ⁊ etiā iust⁹ cognoīatus est. ne propt̄ iniusticiā ab apostolatu fuisse reprobatus credat̄. fratres fuerūt filij marie cleophe q̄ alpheo nupta fuit. Simon autē iste dict⁹ ē zelotes. dict⁹ ē etiā simon cananeus qd̄ idē ē a cana vico galilee. Cana enī zelus interp̄tat̄. habuit enī magnū zelū aīaꝝ Iudas etiā multipl'r cognoīat⁹ ē. Dict⁹ ē enī iudas iacobi. supple frat̄ vt p̄missū ē. dict⁹ ē etiā thadeus a tharta qd̄ ē regia vestis. ⁊ deus. Vel thadeus interp̄tat̄ apprehendēs p̄ncipē. Ipe enī fuit vestis regia per ornamēta virtutum p̄ quas apprehendit p̄ncipem christū. Dict⁹ est etiaz lebeus qd̄ sonat cor vel corculus. i. cordis cultor. Inter p̄missū ioseph ⁊ mathiā sortes iacte sūt. Et de simone d̄r q̄ crucifix⁹ mortu⁹ ē. Alij tñ dicunt q̄ non est iste simon qui fuit filius cleophe sed alius simon crucifixus est. Iste simon predicauit in egypto postea vero venit in hierusalem. ⁊ ibi fuit episcopus post beatū iacobum minorē qui dictus ē frater domini ⁊ ibi crucifixus est. Vixit autē centū viginti ānis ⁊ suscitauit anteq̄z moreret̄. xxx. mortuos. Vñ in eius legenda inuenit̄. Ter de nos mortuos mersos fluctibus humane vite reddidit vsibus. Filiū enī hospitis sui mersum fluctibus suscitauit. Mortu⁹ aūt est in bothoro ⁊ non in pastoforio. Pastoforium vt quidā volunt ē porticus templi. in quo iacebant custodes templi. Iudas autē p̄dicauit apud persas ⁊ medos ⁊ mortuus est apud armenos.

De festo omniū sanctorum.

Cum singula idola romanoꝝ rome templū habere nō possent. romani enū templum in honorē sybeles matris deoꝝ ⁊ oīuz deoꝝ ipoꝝ fecerūt. qd̄ dictū ē pantheon. a pan qd̄ est totum. ⁊ theos deus. Successu vero temporū bonifacius papa petijt a foca cesare imperatore cōstantinopolitano q̄ p̄erat romanis. tēplū illud sibi dari. quo obtento abiectis inde idolis dedicauit illd̄. iiij. yd⁹ maij ad honorem beate marie virginis ⁊ oīum martiꝝ ⁊ dictū ē festū illud beate marie ad martires. Nōdū enī fiebāt festa de ꝯfessoribus sed solū de martyrib⁹. Vñ tūc īstitutū fuit festū beati iohānis añ portā latinā occasiōe martirij qd̄ quātū in se fuit sustinuit Statuit ergo idē papa vt singl'is ānis illa die celebraret̄ festū de martyrib⁹. sic̄ in kal. eiusdē mensis celebrat̄ festū apl'oꝝ. Et ī honore beate marie ⁊ oīuz martiꝝ cātauit ibi Terribilis est locus iste. Zā q̄ tantū in dedicatione eccl'ie solet dici. Verꝝ gregori⁹. iiij. hoc festū martiꝝ trāstulit ad kalend̄. nouēbris. vt tunc collectis t're frugib⁹ ꝯueniētes ad h̄ festū possēt copiosius victualia inuenire. instituēs tūc fieri festū nō solū apl'oꝝ ⁊ martiꝝ. sz etiā scē trinitatis ⁊ oīuz angeloꝝ ⁊ cōfessoꝝ ⁊ generaliter oīum sanctoꝝ ⁊ sāctaꝝ ⁊ etiā electoꝝ. vt patet in hymno ⁊ illi⁹ officiū ordinauit. Institutū aūt fuit hoc festū q̄ttuor de causis. Primo ppt̄ p̄missā tēpli dedicationē. Scd̄o ppt̄ omissoꝝ festoꝝ suppletionē. Nō enī propt̄ ipoꝝ multitudinez de oīb⁹ spēalit̄ festare valem⁹. Tertio propt̄ negligentiaꝝ in festis q̄ celebrauim⁹ ꝯmissaꝝ expiationē. ⁊ h̄ rō tangit̄ ī s̄mone q̄ hac die in eccl'ia recitat̄ vbi ita d̄r. Decretū ē vt die ista oīum sanctoꝝ memoria habeat̄. vt q̄cquid humana fragilitas p̄ ignorantiā aut negligentiā vel p̄ occupatōez rei secularis in solennitatib⁹ scōꝝ minus peregisset in hac sancta obseruatiōe p̄soluatur

Quarto ppt̃ faciliorẽ oꝛõũ nr̃ãꝝ ipetratõ
nẽ. Facilꝰ ei qõ petim⁹ obtinebimus si sil'
oẽs intercedãꝝ nr̃is q̃ impossibile ẽ mul/
titudinẽ nõ exaudiri. Vñ in oꝛõne hodier/
na oꝛ multiplicatis itercessoꝛib⁹ largiaris.
Quare aũt festa sc̃oꝝ celebrent dictũ ẽ i p̃/
hemio huꝰ p̃tis. Hoc festũ hz ieiunũ ĩsti/
tutiõis. nec oꝛ q̃s cogẽdere illa die vlq; ad
vesp̃as nec ieiunũ oꝛ mutari vt q̃doꝝ faci/
unt propt̃ sanctũ tinũ. Q̃re vo hꝫ festum
oĩuꝫ sc̃oꝝ ẽ generale. iõ variat illi⁹ officiuꝫ
put habeẽt varietas oĩuꝫ sc̃oꝝ. Prima enim
antip̃a t p̃ma lectio t p̃mũ rñsoꝛiũ de tri/
nitate cãtat. q̃ festũ ẽ trinitatis. Scõo loco
cãtat de btã maria. Tertio d angelis. q̃rto
de propp̃his. Quinto d aplis. Sexto d mar
tiribꝰ. Septimo de cõfessoꝛibꝰ. Octauo de
v̋ginibꝰ. Nono de bt̃is oĩbꝰ sil'. Autoritas
aũt illi⁹ officij obseruat in lectiõibꝰ. Nã in
q̃busdã eccl̃ijs in hꝫ festo maioꝝ ĩ eccl̃ia. etiã
epi si p̃s fuerit. lectionẽ legit de trinitate.
scz p̃mã vel decan⁹ vel saltez sacerdos. t sic
fit descẽsus p psonas in legẽdo vlq; ad pue
ros. Octauã nãq; lectionẽ de v̋ginibus le/
git vn⁹ ex pueris. Nã sp nonã lectionẽ ma/
ioꝝis ẽ legere. Octauũ etiã rñsoꝛiũ dicũt de
v̋ginibꝰ scz Audiui vocẽ. qõ cãtat a quiq;
pueris coꝝ altari beẽ marie virginis si fue
rit ibi. cãdelas in manibꝰ tenẽtibꝰ ad repre
sentationẽ q̃nq; p̃udẽtiũ virginũ lãpades
ornatas t accẽsas hñtiũ. Dicit etiã caplin
Ut dicti turbã. Apoc̃. vij. c. Ad missã vo dicit
epla. Ecce ego iohes. q̃ ẽ apoc̃. vj. c. Alla O
q̃z gloriosũ. apoc̃. vij. c. Euãgeliũ. Videns
ielus turbas. matt. v. c. In vigi. vo dr epla
Ecce ego iohannes apoc̃. v. c. Et euangeli/
um Descendens ielus. Luce. vj. c.

Officium mortuorum.

De loco de offi/
cio mortuoꝝ dicẽdũ ẽ t q̃nq; vo
cat agẽda ab ago gis. q̃ int ceteras sui sig/
ficatiões agere idẽ ẽ qõ celebrare. inde ergo
officiũ ordinatuꝫ ad celebrãdũ defunctoꝝ me/
moriã agẽda vocat. q̃nq; etiã vocat exeq̃e.
ab exeq̃r exeq̃ris. q̃ int alias sui sigficatões
exeq̃ idẽ ẽ qõ extra alia seq̃. Officiũ ergo seu
obsequiũ ĩ sepulturis mortuoꝝ exeq̃e vocã
tur q̃ celebrat dũ mortui extra viuos sepe/
liẽdi ferũt. vl q̃ extra hoꝝ canonicas spe
ciales t singulares hz obstãtias. Sane hꝫ
officiũ ꝓtinuat festo oĩuꝫ sc̃oꝝ t sũt tres di
es ꝓnui. trib⁹ misterijs deputati. nã vigi/
lia oĩuꝫ sc̃oꝝ dies ẽ afflictõis. solẽnitas dies
ẽ exultatiõis. hodie vo dies ẽ oꝛõis. In p̃/
mo nos ieiunãdo affligim⁹ p̃ntis vite mi/
seriã recolẽtes. In sc̃o bñtudini sc̃oꝝ con
gaudem⁹ grãꝝ actiões dño referẽtes. In
tertio p his q̃ purgatoꝛio detinẽt oram⁹.
eis mõ penã mitioꝛẽ mõ plenã absolutiõez
oꝛõnib⁹ ipetrãtes. Eiqdem ꝓmemoratio
oĩuꝫ fideliũ defunctoꝝ istituta ẽ fieri ab eccl̃a
tali die vt generalib⁹ bñficijs adiuuẽt qui
spẽalia hrẽ nõ valẽt sic t de festo oĩuꝫ sc̃oꝝ
p̃missũ ẽ. Sic ei petr⁹ damian⁹ ait. Sãct⁹
edibo ꝓperiẽs q̃ apd vulcanũ ciciliẽ crebre
voces t vlulat⁹ demonũ audiebãt plãgen
tiũ p eo q̃ aie defunctoꝝ p elemosinas t oꝛõ
nes de eoꝝ manib⁹ eripiebãt ordinauit in
suis mõasterijs vt p⁹ festũ oĩuꝫ sc̃oꝝ fieret
ꝓmemoratio defunctoꝝ qõ sunt p⁹ moduꝫ a
tota eccl̃a approbatũ. Idcirco ergo videam⁹ a
q̃b⁹ sunt istitutũ officiũ mortuoꝝ. sc̃do vbi
habuit ũtũ. tertio d mõ celebrãdi illõ. q̃rto
de mõ sepeliẽdi. Fuit ãt p̃mo istitutuꝫ ab
aplis scz ñ ab eis sine vt teꝛtat ysidoꝛus. in li
boꝛ de eccl̃iasticis officijs qõ sunt adauctũ
t ex maria pte ordinatũ ab ipo. Vñ ipz cõ/
mẽdat beat⁹ aug⁹ ĩ encheridion dicẽs euz
fuisse p̃m ĩ eccl̃iasticis officijs p⁹ aplos.
Hoc officiũ ũtũ habuit ĩ veteꝛ lege. nã sic
ait amb. mortuo iacob ioseph t alij frẽs sui
cũ mltis egiptijs attulerũt eũ ĩ ebꝛon. scz p̃us
eũ fleuerũt. xl. dieb⁹ ĩ egipto t postea fleue/
rũt eũ. vij. dieb⁹ ĩ zab gẽ. l. c. itẽ legit ĩ deut.
vlt. c. q̃ mortuo moise fleuit ptes ilr' xxx. die
bus t sili' fecerũt de aaron t de maria. Itẽ
dicit salomon Luct⁹ filij sapientis mortui
vij. dieb⁹ luct⁹ filij stulti sempit̃n⁹. iõ q̃ me
ternũ puniet. Nota ãt q̃ q̃dã faciũt memo
riã p defunctis die tertia seu p tres dies repẽ
tantes triduanã dũ sepulturã seu resurrectiõ
hñtes ad resurrectionẽ xp̃i qui die tertia re/
surrexit. resurrectionẽ cuꝫ christo mortuis

poptãtes seu ad trinitatẽ. Vel etiã vt qđ vi uẽtes triplicit̃ peccauerũt vicz cogitatõe vẽ bo ꝛ ope remittat trinitatẽ. Alij vo faciũt missã celebrari septẽ dieb⁹ seu p septẽ dies. ꝛ vtrũ qz oñdit̃ i libro numeri. xix. c. vbi dr q q tetigerit cadauer mortui hois. ac propt hoc septẽ dieb⁹ imund⁹ fuerit aspergẽt̃ er hac aq die tertio ꝛ septimo ꝛ sic mũdabit̃. Sane imũdus propt̃ cadauer mortui hois significat pollutã aiaz ppt̃ mortua opa. Celebrat̃ ergo p septẽ dies. ꝓmo vt defunctus ad sabbatũ eẽne q̃etis citi⁹ valeat puenire. Scõo vt ei remittant̃ oia pcta q ꝓmisit i vita sua q̃ p. vij. dies ducit̃. Tertio ꝓpter septenariũ aie ꝛ corꝛis. Alia enĩ tres hz vires. i. rõnabilitatẽ ꝛcupiscibilitatẽ ꝛ irascibilitatẽ. corꝓ vo ꝓstat ex q̃ttuor elemẽtis. vt ergo pcta q hz p septenariũ siue in hac vita q̃ p septẽ dies ducit̃ ꝓmisit deleant̃ septenariũ mortuis celebrat̃. Quarto sic̃ filij iacob prẽ defuncto fleuerũt p septẽ dies vt ꝓmissũ ẽ. ita ꝛ ecclia p suis defunctis celebrat officiuz septẽ dieb⁹. Quidã aũt faciũt nouẽdinale. i. officiũ nouẽ dieꝛ vt p hoc officiũ mortuoruz aie a penis liberate nouẽ angeloꝛ ordinib⁹ associent. Hoc tñ a q̃dã nõ approbat̃ ne gẽtiles imitari videamur. quib⁹ hoc sumptũ eẽ videt̃. qui nouẽ dieb⁹ lugebãt mortuos suos ꝛ in nono die cineres eoꝛ piramidib⁹ vel in bustis recõdebãt. Alij vo celebrari faciũt p suis defunctis p. xxx. dies vel triceſimo die. Primo qz filij isrl tot diebus fleuerũt moysen ⁊ aaron vt ꝓmissũ ẽ. Scõo idẽ qz ter decẽ faciũt triginta. p ter enĩ trinitatẽ p decẽ decalogũ intelligim⁹. Tricenariuz ergo mortuis facim⁹ vt qđ in obseruatiõe decalogi seu ꝓceptoꝛ xpi ꝛ ꝑ trinitatem peccauerũt eis dei miscõia ꝓdonet̃. Tertio qz numer⁹ lune. xxx. dieb⁹ pficit̃. iõ tricesima die vel. xxx dieb⁹ fit mortuis officiuz vt opa eoꝛ coꝛã deo plena eẽ intelligant̃. Quidaz qz quater decies celebrãt siue quadragenariũ faciũt vt qđ illi in doctrina q̃ttuoꝛ euãgelioꝛ ꝛ in decẽ ꝓceptis legis peccauerũt sibi cõgnet̃. Rursus q die quadragesimuz seruãt repũtant dñicã sepulturã. optantes mortuis gliaz habere cũ xpo q̃ quadragita horis iacuit i sepulcro. ꝓputata hora nona i q̃ emisit spũm ꝛ vltima hora noctis dñice in q̃ resurrexit ꝑm aug. Reperitur etiã. qz vt ꝓmissũ ẽ mortuo iacob filij eius luxerũt. xl. dieb⁹. Alij quiq̃genariũ faciunt q̃mã sicut beda ꝛ greg⁹ dicũt in glo. sup locũ illuz vbi habet̃ q abraã q̃siuit a dño volẽte subuertere sodomã si q̃nquaginta fuerit ibi nunq̃ destrues eos ꝛ nõ pepercit dñs eis. Quinq̃genari⁹ numer⁹ pfect⁹ ẽ ꝛ sigfĩcat annũ iubileũ id ẽ octauã etatẽ in q̃ erit remissio ꝛ plena libertas. Vel ergo aĩe defunctoꝛ plenariã libertatẽ ꝛ peccatoꝛ suoꝛ remissionez adipiscant̃ q̃nquaginta diebus p illis celebrant officiũ. Preterea dr i marco. Vnũ granuz afferebat trigita ꝛ vnũ seragita ꝛ vnũ centũ Alij seragenariũ faciunt pro eo q seragesima sigficat merorẽ ecclie ppt̃ absentiã sponsi ꝛ ei in ꝓsolationẽ due adeant̃ vt dictũ ẽ in vj. pte sub dñica seragesime. Et sic hi repzesentãt merorẽ ppt̃ absentiã defuncti sui i q̃rũ ꝓsolationẽ ꝛ aĩe defũcte expiationẽ sacrificiũ in ecclia deo offert̃ ꝛ paupib⁹ elemosine largiũt̃. Nõnulli etiã celebrãt cẽtesimũ diẽ vt mortui trãseant a leua in dextram a miltia in triũphũ a terra in celũ a miseria in gliaz a morte in vitã. Optãt ei illis etnã beatitudinẽ q̃ p centenariũ vltra quẽ nõ ẽ numer⁹ designat̃. Quidã vo ãnuersariũ obseruãt triplici de cã. Primo vt defuncti de ãnis calamitatis puenãt ad ãnos etnitatis siue ad vitã eternã q̃ sine fine ẽ. ꝛ quia siann⁹ i se reuoluit̃. vel q ibi ẽ ydẽptitas et nulla repit̃ varietas. Scõo qz sic̃ sanctoꝛũ ãnuersariũ ad ipoꝛ honoꝛẽ ꝛ nrãz vtilitatem celebram⁹. prout dictũ ẽ in phemio hoꝛ ꝓpis. sic ꝛ ãnuersariũ defunctoꝛ ad ipoꝛ vtilitatẽ ꝛ nrãz deuotionẽ. Tertio dies ãnuersarij p defunctis iõ repetit̃. qz ꝑm aug. qualis sit eis in alia vita nescim⁹ ꝛ melius ẽ vt eis supsit bñficiũ nostꝝ q̃z desit. Anniuersariũ aũt si ꝓtigerit i die dñica vl i aliq̃ celebri solẽnitate nõ dz mutari ad sequẽtẽ diẽ. putfit in festis sanctoꝛz fiat in die ꝓcedẽti vt citius occurrat penis defunctoꝛ q̃s in purgatorio sustinẽt. Defuncti enĩ nostro indiget auxilio ꝛ bñficio q̃z nõ sci. ℣ Die qđẽ festi

uo anniuersariū nō dz celebrari nec missa
p defūctis dici nisi corp⁹ pñs fuerit tūc sic.
qr oī tpe pōt missa p defunctis celebrari ca
dauere pñte nisi in pasceue. Tūc enī nō dz
corp⁹ intumulari. nec missa p eo cātari qr
tūc corp⁹ xpi īmolari nō dz sz vsqz in crasti
nū reseruet. ⁊ tūc scz in sabbato pt missa p
illo cātari ⁊ corp⁹ sepeliri. Silr si qs in die
pasce moriat corp⁹ ei⁹ vsqz in crastinū re
seruet sup trā. ⁊ tūc cū celebratōe misse sepe
liat. Nō ei dz corp⁹ sepeliri absqz missa. qz
uis ꝯtriū fiat in plerisqz locis. Licz aūt sm
gabiloñ. ꝯciliū qtidie sit p defūctis orādū ⁊
sacrificādū. In pmissis tñ dieb⁹ h spēalit
agit ab amicis. Siqdē aliq oī tpe. festiuis
dieb⁹ dñtaxat exceptis generalr orant p de
fūctis ī officio vesptinali ⁊ matutinali. alij
missā qtidie p eis celebrāt. alij ī mēsis ītio
nouē psalmos ⁊ .ix. lectiōes ⁊ .ix. rñsoria cā
tāt. Et qdē scā ⁊ salubris ē cogitatio p defū
ctis exorare vt a pctis soluāt. In qbusdaz
locis nō dr ī ecclia officiū mortuoꝝ a qnta
feria cene dñi vsqz ad octauas pente. dicen
tes q oīa officia illius tpis debēt eē breuia.
nec ī dñicis dieb⁹ Legit aūt q qdaz ab
bas phibuit monachos suos celebrare do
minicis dieb⁹ p defūctis. sed mortui ppt h
durissimis vberib⁹ eū afflixerūt ⁊ iō phibi
tionē hmōi reuocauit. Et nota q suffragia
q fiūt in ecclijs p defūctis valde bonis ac
tiones sūt grāꝝ. ille enī aīe q sūt pfecte bone
statī cū egrediūt a corpib⁹ euolāt ad celos
nec subsidijs nris egēt. p valde malis fiūt
qlescūqz ꝯsolatiōes viuoꝝ. eis enī subsidia
nrā nō psūt. qniā aīe illoꝝ statim descēdūt
ad infernū. Pro mediocrit bonis q scz sūt
in purgatorio sūt expiatiōes. Pro medio
criter malis q scz sūt in inferno sūt ppiciati
ones siue penaꝝ mitigatiōes. Nā sm aug.
qb⁹ psūt aut psūt vt sit plena remissio. aut
certe vt tolerabilior sit dānatio. Quidā tñ
p eodē sumūt mediocriter bonos ⁊ medio
criter malos qs vocāt non valde bonos. q
vicz intrāt in purgatoriū qr viuētes īiūctā
pniam nō pfecerūt. qb⁹ psūt elemosine orō
nes ieiunia ⁊ sacrificia q p eis fiunt. Nā vt
dicūt eis q sūt ī īferno nihil psūt. illud etiaz

nota q sm hiero. cū p cūctis aīab⁹ psalm⁹
vel missa dr nil min⁹ qz si p vno qlibz dice
ret accipit. Circa h tñ dici pt q si suffragia
fiūt in spēali magis psūt illis pro qb⁹ spēa
lit fiūt qz alijs. si fiūt ī genere seu ī cōi magis
psūt illis q plus meruerūt ī hac vita vt sibi
prodesset si ī eqli vl maiori nccitate existūt.
Licz igit sm aug. ñ prosūt oīb⁹ p qb⁹ fiūt.
qr tñ nescim⁹ qb⁹ prosint vel nō pro oībus
facienda sunt ne aliqs ptermittat. Melius
nāqz superūt eis quib⁹ nec obsūt nec psūt
qz desint eis qb⁹ prosūt. ⁊ iō dies anniuer
sarij fit vt pmissū ē. Sz nūqd suffragia ei⁹
q propt mortale peccatū ī caritate nō ē pro
sūt ei q ī caritate recessit. Rñdeo opa sacra
mētalia vt missa officioꝝ mortuoꝝ collecte.
⁊ silia p talē scā bñ valēt ⁊ defūcto psūt. tuz
qr illa a deo nō ab opante efficaciā hñt. tuz
qr ille nō pprio noīe sz qi sindic⁹ oīum vicz
toti⁹ eccli noīe h agit sm ea q dcā sūt ī pro
hemio qrte ptis. si vo tāqz pūata psōa alia
suffragia fac aut h agit aliēo noīe aut suo
ppo. Si alieno vt qr defuncti seu alteri⁹ in
caritate exñtis iussu de illius bonis elemo
sinā tāqz mister pro eo fac tūc qdē illi pdest
qniā is itelligit facere cui⁹ mādato fac ⁊ q
mādat solui ipe soluere videt. Hic ē q pere
grinatōis votū ab vno emissū alter ei⁹ ius
su exeq pt. Idēqz ē si duo qꝝ alter in carita
te ē alter nō. pro defūcto psalteriū legūt. ⁊ si
